ſunt ſimul. xxv. qui numer⁹ ꝓduct⁹ ſemꝑ
in ſeipm reducit̄. ſi ducat̄ in infinitū Quā
tumlibet em̄ ml̄tiplicet̄ euchariſtie ſacr̄m
ſemp ē idem ſacrificiū. Auguſtin⁹ tn̄ dicit
ꝙ ſi tm̄ ſemel ſignū crucis fieret ſup panē
⁊ vinū ſufficere poſſet. quia ſemel dn̄s cru
cifixus eſt. In hoc etiā ſacramēto quinqȝ
ſenſus corpis ſcȝ viſus. audit⁹. guſt⁹. odo
ratus. ⁊ tactus. exercent̄ ſcȝ circa colorē.
saporē. odorē. fractionē. ⁊ ſumptionē. vt
q̄nqȝ ſenſus aīe ſpūales exuberēt. ſ. viſus
intelligētie. audit⁹ obediētie. odorat⁹ di/
ſcretionis. guſtus dilectionis. ⁊ tact⁹ opē
ris. De quib⁹ repit̄ in euāgelio. Dn̄e q̄n=
qȝ talēta tradidiſti mihi. ecce alia q̄nqȝ ſu
perlucratus ſum. Sed ⁊ binari⁹ ⁊ terna/
rius bn̄ cōgruit ſacro. Binari⁹ ꝑpter car
nem ⁊ ſanguinē. ternarius ꝑpter panē vi
num ⁊ aquā. Itē binarius ꝑpter duplicē
modū edendi. ſ. ſacramētalē ſub ſpecie pa
nis ⁊ vini. ⁊ ſpūalēȝ in fide cordis. Et ter=
narius ꝑpter tria q̄ ſunt in h̄ ſacro diſcre=
ta. vicȝ forma viſibilis panis ⁊ vini. veri=
tas corpis ⁊ ſanguinis. ⁊ ꝟtus ſpūal̄ vni
tatis ⁊ charitatis. De quib⁹ dictū eſt i. ſe=
ptima ꝑticula ſup ꝟbo. Myſteriuȝ fidei
vt ita ternari⁹ binariuȝ. i. fides trinitatꝫ ꝑ
dilectionē dei ⁊ ꝓximi opet̄. Fiūt igit̄ cru
ces que quatuor habent angulos ſup ſa=
crificiū q̄ꝛ xp̄s dū in cruce pepēdit quatu
or climata mundi redemit. ⁊ ſeptē ordini=
bus ordinant̄ ad notandū ſeptiformē ſpi=
rituſſancti gr̄am que in hoc myſterio ne/
ceſſaria eſt. Et fere in quolibet ordine per
numerū imparē ſingula diſponunt̄. quia
corpus xp̄i vnū manēs nō ſcindit̄. Omis
honor tanqȝ dn̄o. ⁊ gloria tanqȝ deo. Se=
quit̄. Per oīa ſecula ſeculorū. nō ſoluȝ
crucis impreſſio. verūetiā vocis exp̄ſſio ⁊
pectoris ꝑcuſſio. que geſta ſunt circa cru=
cem inſinuāt. put dictuȝ ē ſup ꝟbo. Nob

quocꝫ. Quia ergo ieſus clamãs voce magna tradidit ſpm̃. ideo ſacerdos dicendo. Per om̃ia ſecula ſeculoꝝ. exaltat vocem ⁊ etiã aliquãtulũ calicẽ eleuat. Uel dr̃ alte ad incitationẽ ppl̃i vt ſciẽs finẽ canonis rñdeat amen. Uel ideo qꝛ centurio clamauit. Uere fili⁹ dei erat iſte. Quia ꝟo mulieres lamẽtabanꝉ flentes dñm. ideo chor⁹ quaſi lamẽtando. rñdet amen. repñſentãs fideles qui dñm cõtrito corde lugebãt. velut quondã abel inuidi fratris furore occiſum parẽtes ei⁹ lamentabanꝉ. Cõſequenter diaconus accedit ⁊ exaltatuꝫ parũper ſacrificiũ ſeu calicem cũ corpe de altari tã ipſe q̃ꝫ ſacerdos deponit. qꝛ vt legiꝉ Joh. xix. Uenerũt ioſeph ab arimathia ⁊ nicodemus ⁊ impetratũ corp⁹ ieſu a pilato deponẽtes ſepelierũt. Sacerdos igiꝉ eleuãs nicodemũ repñſentat. ipſa ꝟo eleuatio xp̃i depoſitionẽ de cruce. depoſitio collatiõeꝫ in ſepulcro demonſtrat. Et aduerte qꝛ ſacerdos dicẽs. Preceptĭ ſalutarib⁹ monitĭ calicem ſimul ⁊ hoſtiã deponit. Ad cuius rei euidẽtiã notandũ ẽ q̄ chriſti corpus et ſanguis bis in ſexta feria eleuata ⁊ depoſita fuerũt. ſemel in cruce eleuata. ⁊ de cruce ad terrã d̃poſita. ⁊ ſemel de terra eleuata ⁊ in ſepulcro collocata. Primũ repñſentaꝉ in p̃ma eleuatione ⁊ depoſitiõe corpis ⁊ ſanguinis xp̃i que fit ſtatim poſt eorum cõſecrationẽ. Aliud repñſentaꝉ in eleuatione ⁊ depoſitione que fit in hoc loco. Congrue igiꝉ dum hec ꝟba pferunꝉ fit corporis ⁊ ſanguinis eleuatio ⁊ depoſitio deſignantes eleuationẽ corpis xp̃i de terra. ⁊ locationẽ ei⁹ in ſepulcro. quia ioſeph q̃ illud de cruce ⁊ de terra leuauit ⁊ in ſepulcro locauit. monitus ⁊ inſtruct⁹ erat p̃ceptis ſalutaribus xp̃i. ſicut fidelis diſcipulus ei⁹. Uñ de eo legiꝉ in Marco. Et ipſe erat expectans regnũ dei. Simul aũt eleuanꝉ corp⁹ ⁊ ſanguis iã cõſecrata. qꝛ ipſe ioſeph. vt aiunt quidã ſimul corp⁹ cũ ſanguine in ſepulcro locauit. Adhuc in ipſa eleuatione teneꝉ hoſtia cũ quattuor digitis. Cũ em̃ expectem⁹ ⁊ neceſſe habeam⁹ impetrare quatuor p̃ncipaliter. merita paſſionis chriſti. ſ. ptãtem cõtra diabolũ. hũilitatem cõtra mũdũ. caſtitatẽ cõtra corp⁹ p̲priũ. ⁊ ſubiectionẽ quo ad deũ ⁊ p̲ximũ ideo ad h̃ repñſentãdũ merito cũ q̃tuor p̃ncipalibus digitis hoſtia teneꝉ. Quedã th̃ eccl̃ie in trib⁹ p̃mis petitionib⁹ dñice orationis tenẽt calicẽ eleuatũ. ⁊ tũc calicĭ eleuatio aliud ſig̃t. put ibi diceꝉ. In quibuſdam etiã eccleſijs dũ calix parũper ab altari eleuaꝉ. q̃dã puer ſtat vltim⁹ p⁹ ſbdiaconũ habẽs capã ex trãſuerſo. ad deſignãdum q̄ caput. i. iudei expectãtes meſſiam id ẽ xp̃m cũ iam venerit trãſuerſum eſt in caudã. Quia ꝟo nicodem⁹ ſepulto domio aduoluit ſaxum magnũ ad hoſtiũ monumẽti. ideo diaconus ſup̲ os depoſiti calicĭ corp̲ale deponit. Diacon⁹ quocꝫ calicem cum corp̲ali inuoluẽs repñſentat ioſeph q̃ corpus dñi ſindone mũda inuoluit. Rurſus quia in pace factus eſt locus eius. diaconus ſ̃m morẽ quorũdã eccl̃iarũ mẽſam oſculaꝉ altaris. Et quia factus eſt p̃ncipatus ſup̲ humerũ ei⁹. oſculaꝉ dextrum armum pontificĭ. vt in vtrocꝫ ſignificet chriſtum ⁊ quieuiſſe poſt mortẽ ⁊ viciſſe poſt mortẽ. Iuxͣ qđ ipe p̃dixit in pš. In pace in idipſum dormiã ⁊ requieſcã. Et alibi. O mors ero mors tua morſus tu⁹ ero iferne. Chriſtus eniꝫ p̲ mortem triumphauit de morte. Nam quia factus ẽ obediens vſq̄ ad mortẽ. mortem aũt crucis. idcirco de⁹ exaltauit illũ ⁊c̃. Hoc ipm̃ etiã ſig̃t q̄ chriſtus ſibi crucẽ ſup̲ humerũ baiulauit. Secundo diacon⁹ oſculãdo dextrã ſacerdotis ſignificat q̄ vult eſſe p̲ticeps laborĭ vt ſit ſocius eterne retributiõis. Tertio per hoc innuit q̄ ioſeph deponens corp⁹ illđ fuit oſculatus. In quibuſdã etiã eccleſijs ſacerdos hic hoſtiã oſculaꝉ innuens. q̄ et nicodemus idẽ fecerit. quod ioſeph. Uel potius p̲ domini paſſionẽ factã eſſe nr̃am reconciliationem. Poſt oſculum hm̃õi diaconus retrocedit a facie ſacerdotis. repñſentans mulieres ſepulto dño a monumẽto recedentes.

De pater noſter.

Secunduꝫ eos qui dicũt q̄ tertia p̲s miſſe que diciꝉ poſtulatiões incipit hic. Oremus p̃ceptis ſalutarib⁹ ⁊c̃. ⁊ q̄ durat vſcꝫ ad collectas. h̃ p̲s cõtinet q̃ncꝫ clauſulas. Prima eſt ip̃a p̃fatio ſcꝫ oremus p̃ceptis ⁊c̃. qđ addidit btũs Greg⁹. Secũda ẽ pater nr̃. Tertia. Libera nos q̃s dñe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quarta. Pax dn̄i. Quinta. Fiat hec cō/
mixtio. Quia ꝗ̄ ieſus voce magna clama=
bat. Pater in manus tuas cōmendo ſpm̄
meum. ideo ſacerdos ⁊ nō totus ꝑplus ꝓ=
ut greci faciūt. eleuata voce ꝓnūciat. Ore
mus p̄ceptis ⁊c̄. Nō em̄ dicit̄ ſub ſilentio
ſed palam. quia eſt de euāgelio ad notan=
dum ꝙ rex celoꝝ in noua lege palam lo/
quebat̄. ⁊ ſine velamine p̄dicauit. Ad h̄
ideo hec dn̄ica or̄o ⁊ etiam. Credo in vnū
deum alta voce dicūt̄. vt om̄es illa dicāt
⁊ addiſcant. Alia etiam ratio poſita ē ſub
ti. de p̄dicatione. Sed tertia clauſula .ſ. li
bera nos ⁊c̄. ſub ſilentio dicit̄. in ſignū ꝙ
xp̄us interduꝫ a p̄dicatione ſiluit. Aliter
tn̄ ibi dicet̄. Sed ⁊ ꝓferēs pater nr̄ tūc ite
rum ſicut prius extendit ac ſurſum eleuat
manus. Primo em̄ dicens p̄ceptis ſaluta
ribus. actus ioſeph. de quib᷒ in p̄cedenti
columna dictū eſt. quos p̄ceptis ſalutari=
bus monitus ⁊ diuina inſtitutione infor=
matus geſſit repſentauit. Quia igitur do
ctrina audiendo. meditādo. ⁊ in quiete di
ſcenda eſt. ideo ꝟba iſta depoſitis ſuꝑ al=
tare manib᷒ ꝓtulit. Dicēs aūt. Pater nr̄.
⁊c̄. xp̄m ꝑplm̄ orare docētē repn̄ at. Iōqꝫ
moyſi orātis exēplo man᷒ extendit. ⁊ ſur
ſum eleuat. vt feruorē cordis ⁊ rectam ad
deū intentionē oſtendat. Rurſus dicēdo
p̄ceptis ſalutarib᷒ ⁊c̄. calicē ſimul ⁊ hoſti=
am deponit. vt p̄miſſum eſt. Sane legalis
pōtifex regreſſus ad ꝑplm̄ lauabat veſtes
īmund᷒ tn̄ erat vſqꝫ ad veſpam ſicut in ꝓ
hemio hui᷒ ptis dictū eſt. Sic ⁊ xp̄s ꝗ̄ in=
trauit ad ſancta ſanctoꝝ redit in eccl̄iam
cōpatiendo ⁊ auxiliando. ⁊ lauat veſtes
ſuas. i. ſcōs mundificat. ⁊ tn̄ vſqꝫ ad fineꝫ
mundi mēbris eius alique macule adhe=
rent. Sacerdos etiā redit ad ꝑplm̄. qꝛ duꝫ
rurſus alta voce multiplicat p̄ces foras
exire videt̄. ⁊ p̄cibus velut aquis. veſti=
menta ſua. i. ꝑplm̄ lauat ⁊ mūdat. ⁊ tn̄ im=
mundus iudicat̄. quia vſqꝫ ad mortē erit
in om̄i homine quod lauet̄. Oratur᷒ ꝗ̄ ⁊
oſtenſurus ſe cauſam ſuā agere coram do
⁊ que quotidie petere debeamus. monet
populuꝫ orare dicens. Pater nr̄ ⁊c̄. Que
oratio habet̄ Matth. vj. ca. Fiducialiter
em̄ orare poſſum᷒. vt filij p̄rem quos ipſe
dn̄s ad ſic orānduꝫ informauit ⁊ ip̄e vice
vniu̇ſalis eccl̄ie quaꝫ repn̄tat orat. Ne tn̄

ſua autoritate ⁊ quaſi p̄ſūptiue petere vi=
deat̄. p̄mittit̄ quaſi loco p̄fationis prece=
ptis ſalutaribus ⁊c̄. Dicit aūt p̄ceptl ⁊ di
uina inſtitutione. quia dn̄s ⁊ hanc oratio
nem inſtituit. ⁊ apl̄is ſic orare p̄cepit. Et
extunc maxime ꝓſtrati orare debem᷒ vſ=
qꝫ in finem dn̄ice orationis ſaltem in ꝓfe=
ſtis diebus. In feſtiuis ꝟo ſtantes. Tres
aūt articuli ſequētes ſcꝫ p̄ceptis ſalutari=
bus. pater noſter. ⁊ libera nos. ſignificant
tres dies dn̄ice ſepulture. ideoqꝫ ⁊ his dū
taxat vtimur in paraſceue. In quibuſdaꝫ
eccleſijs dum ſacerdos dicit. Pater nr̄. et
dum p̄latus dat bn̄dictionē ſolēnem poſt
pater nr̄. manus eius a diacono ⁊ ſacerdo
te ſuſtentant̄. in quo repſentatur ꝙ hur ⁊
aaron ſuſtentabant manus moyſi orātis.
De quo ſub ti. de oratione dictū eſt. Bea
tus Greg᷒. dn̄icam or̄onē poſt canonē ſu
per hoſtiam cenſuit recitari. aſſerēs in re=
giſtro incōgruum eſſe vt ſuꝑ euchariſtiaꝫ
diceret̄ oratio quam ſcholaſticus compo
ſuerat. ⁊ illa omitteret̄ quā dn̄s ipſe dicta
uerat ⁊ apl̄i dicere conſueuerāt. Et canta
tur apud grecos a toto populo. ſed apud
nos a ſolo ſacerdote. Illud aūt notanduꝫ
eſt ꝙ hec oratio ceteras or̄ones ꝓpter q̄t=
tuor antecellit. ſ. autoritate doctoris. bre=
uitate ſmonis. ſufficientia petitionum. et
fecunditate myſterioꝝ. Autoritate do=
ctoris. quia fuit ipſius ſaluatoris. apoſto
los orare docentis ore ꝓlata. ⁊ inde dicit̄
oratio dn̄ica. Breuitate ſmonis. quia fa=
cile diſcit̄ ⁊ ꝓfert̄. iuxta illud. Cum orat̄
nolite multū loqui ⁊c̄. Sufficiētia petitio
num. qm̄ vtriuſqꝫ vite neceſſaria cōtinet.
Fecunditate myſterioꝝ. qm̄ immenſa
continet ſacramenta. Verū licet ſciat dn̄s
quid velim᷒. vult tn̄ nos orare vocalit̄ ꝓ
pter multa. Primo ꝓ excitanda deuotio=
ne. quia quod facit flatus carboni. h̄ facit
ꝓnunciatio deuotioni. Vn̄. Ad ipſuꝫ ore
meo clamaui ⁊ exultaui ſub lingua mea.
Secundo pro alioꝝ inſtructiōe vt cor=
tina cortinam trahat ⁊ qui audit dicat ve
ni. Vn̄ luceat lux vr̄a corā hoib᷒. Tertio
ꝓ lingue obſequio. vt quod lingua pecca
mus lingua ſatiſfaciamus. Vn̄ ſicut exhi
buiſtis mēbra vr̄a ſuire iniquitati ad ini=
q̄tatē. ita exhibete ea ſuire iuſticie in ſan=
ctificationē. Quarto ꝓ rei petēde ꝯmemo

ratiōe. qꝛ facilꝰ obtiꝫ qḋ iſtātiꝰ poſtulaꝫ
Vñ. Petite accipietis. pulſate ⁊ apietur
vobis. Quinto ꝓ impetrate rei cuſtodia.
quia qḋ ſepiꝰ requiriꝫ diligētius cuſtodi-
tur. Vñ. Tene qḋ habes ne aliꝰ accipiat
coronā tuā. ¶ Sane i hac oratiōe oraꝫ ꝓ
bonis adipiſcēdis. ⁊ ꝓ malꝭ vitādis. Pro
bonis tp̄alibꝰ ſpūalibꝰ ⁊ eťnis Pro malꝭ p̄
teritꝭ p̄n̄tibꝰ ⁊ futuris. De bonis eťnis dr̄.
Adueniat regnū tuū. De bonis ſpūalibꝰ
Fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ in terra.
De tp̄alibus. Panē nr̄m quotidianū da
nobis hodie. Eterna petunꝫ in p̄miū. ſpi-
ritualia in meritū. tp̄alia in ſuſtentaculū
De malis p̄teritis. Dimitte nobis debi-
tan̄ra ⁊c̄. De p̄ſentibus. Sꝫ libera nos a
malo. De futuris. Et ne nos inducas ⁊c̄.
Preterita ſunt dolēda. p̄ſentia ſunt vin-
cenda. futura ſunt p̄cauēda. ¶ Septē ſūt
orōnis dñice petitiones p̄ter captationē
beniuolētie. que ſignificāt ſeptē v̄ba chri-
ſti in cruce. Primū fuit. Pater ignoſce il-
lis. Scōm. Mulier ecce filiꝰ tuꝰ. Tertiū
Ecce mater tua Quartū. Hodie mecum
eris in p̄adiſo. Quintū. Heloy heloy. Se-
xtum. Pater in manꝰ tuas. Septimū cō-
ſummatū ē. Vel ſignificāt ſeptē v̄ba. q̄ tā
tum btā v̄go legiꝫ de xp̄o dixiſſe. Primū
fuit diſcretionis. Quō fiet iſtud. Secūdū
humilitatis. Ecce ancilla dñi. Tertiū ſa-
lutatiōis. Ecce vt facta eſt vox ſalutatio-
nis tue in auribꝰ meis. Quartū gratiarū-
actionis. Magnificat aīa mea dñm. Qui
tum cōpaſſionis. Fili vinū nō habēt. Se-
xtum inſtructiōis. Quodcūqꝫ dixerit vobis
facite. Septimū amoris. Fili q̄d feciſti no
bis ſic. Prima autē petitio ē. Sanctificeꝫ
nomē tuū. Scda. Adueniat regnū tuum.
Tertia. Fiat volūtas tua. Quarta. Pa-
nem nr̄m quotidianū. Quita. Et dimitte
nobis debita nr̄a. Sexta ⁊ ne nos iducas
in tēptationē. Septima libera nos a ma-
lo. Et he ſeptē petitiones ſ̄m ap̄ſm ſeptē
poſtulationes dicunꝫ. Quarū p̄me tres
ſpectant ad vitā eternā ſiue ad p̄riā. Ei iō
ſacerdos in quibuſdā locis eleuato calice
dicit eas ⁊ p̄fationē. Precepti ſalutaribꝰ.
⁊c̄. Dicēs v̄o. ſicut in celo. parū magꝭ ele-
uat illum. ⁊ dicēs. ⁊ in terra. illū deponit.
Tres vltime ad p̄ſentē vitā ſiue ad vitam
p̄tinent. ⁊ ideo depoſito calice dicit eas.

Media v̄o ſcꝫ panē noſtrū ⁊c̄. p̄tinet ad
vtrūqꝫ. Porro tres prime ſuccedūt ordie
tp̄is. ſed p̄cedunt ordine dignitatis Tres
vltime ſuccedunt ordine dignitatꝭ ſed p̄
cedunt ordine tp̄is. Duplex igiꝫ ordo eſt
in dñica oratiōe nōndꝰ. vnꝰ in deſcēdēdo
q̄ cōcordat cū donis. alter in aſcēdendo q̄
cōuenit cū v̄tutibꝰ. Dona nāqꝫ de ſūmis
ad ima deſcendūt. Vñ. Requieſcet ſuper
eum ſpūs dñi. ſpūs ſapiētie ⁊ intellectus
⁊c̄. Virtutes vero de imis ad ſumma con
ſcendunt. Unde. Beati pauperes ſpiritu
quoniā ipſorū eſt regnū celorū. Beati mi
tes ⁊c̄. Nempe dñs in oratiōe ipſa ſecutꝰ
eſt ordinem dignitatis qui eſt artificialis.
vt de maioribus ad minora deſcenderet.
Sed doctores in illius expoſitione ſequū
tur ordinem tēpis qui eſt naturalis. vt
de minoribus ad maiora. i. de tp̄alibꝰ ad
eterna cōſcendant. Quē moduꝫ ſeruabimꝰ
exponendo. Et ſit hic adaptatio ſeptē pe
titionū. ſeptem donorū ſpūſſancti. ſeptē
v̄tutum. ⁊ ſeptem beatitudinum. cōtra ſe
ptem vitia capitalia ſeptē v̄tutibus oppo
ſita. Nam dona petitionibus. v̄tutes do
nis. ⁊ beatitudines v̄tutibus obtinentur
Septem dona ſunt hec ſapiētia. intellectꝰ
cōſiliū. fortitudo. ſcientia. pietas ⁊ timor.
De quibꝰ dicit ꝓpheta. Requieſcet ſup
eū ſpūs ſapiētie ⁊ intellectꝰ. ſpūs conſiliū
⁊ fortitudinis. ſpiritus ſcientie ⁊ pietatis
⁊ replebit eum ſpiritus timoris domini.
Septem v̄o v̄tutes ſunt hę. paup̄tas. ſpi
ritus. māſuetudo luctus. eſuries. iuſticie
miſericordia. mundicia cordis. ⁊ pax. Se
ptem quoqꝫ beatitudines ſunt iſte. regnū
celorum. poſſeſſio terre. conſolatio. ſatu-
ritas. miſericordie conſecutio. viſio dei. ⁊ fi
liatio dei. De quibus coniunctim domi-
nus ait. De prima. Beati paup̄es ſpiritu
quoniā ipſorū eſt regnum celorum. De ſe
cunda. Beati mites quoniam ipſi poſſide
debunt terram. De tertia. Beati qui lu-
gent. quoniam ipſi conſolabuntur. De q̄r
te. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiam.
quoniam ipſi ſaturabuntur. De quinta.
Beati miſericordes. quoniam ipſi miſeri
cordiam conſequētur. De ſexta. Bti mū-
do corde. quoniā ipſi deum videbūt. De
ſeptima. Beati pacifici. qm̄ filij dei voca-
bunꝫ. Septē v̄o vitia capitalia ſūt. Jna-

nis gloria ſiue ſupbia.ira.iuidia.accidia.
auaricia.gula.⁊ luxuria.q̄ ſignificata fue
runt in ſeptē populis q̄ terrā iſrl̄ ꝓmiſſaꝫ
tenebāt.vicꝫ ethe⁹.gergeſe⁹.amorre⁹cha
nane⁹.fereſeus.eue⁹⁊ iebuſe⁹ Hō igitur ē
egrotus.de⁹ medic⁹.vitia ſunt languores
petitiones ſunt planct⁹.dona ſunt antido
ta.ꝟtutes ſūt ſanitates.beatitudines ſūt
felicitates ⁊ gaudia. Hec ſeptē vitia ꝑ ſe-
ptem petitiōes hui⁹ orōnis fugant̄ ꝓut i
ferius oñdet̄.Ad orōnis ḡ ipſi⁹ expoſiti-
onē veniam⁹.Et nota ꝙ in quibuſdaꝫ ec-
cleſijs dum he ſeptē petitiōes dicunt̄.dia
conus ſtat inclinat⁹:cōmunionē expectās
in quo ſignificat aplos.qui poſt mortē do
mini ꝑ ſeptē hebdomadas cōfirmationeꝫ
ſpūs expectauerūt.Subdiacon⁹ vero q̄e
ſcit.qꝛ mlieres in ſabbato q̄ eſt dies ſeptia
ſiluerunt.

Expoſitio dn̄ice orationis.

PAter noſter q́

Ordinē tpis vt p̄miſſum eſt in
hui⁹ orōnis expoſitione ſeruā-
tes a fine ei⁹ initiū ſumam⁹ ꝟſus p̄ncipiū
ordine retrogrado ꝓcedēdo. Siquidem
hō multis malis circūdat⁹.p̄mo petit libe
rari a malo.Quia ꝟo ſine temptatiōe nō
eſt vita hois ſup terrā.ideo liberat⁹ a ma
lo petit vt in tēptationem nō inducat̄.Et
qꝛ dū in hac vita cōſiſtit ſemp ē in quocū-
ꝗ pctō.Nā ſi dixerim⁹ qꝛ pctm̄ nō habe-
mus ꝟitas in nobis nō ē.ideo petit vt de-
bita.i.peccata ſibi dimittant̄.Cū aūt fue
rit liberat⁹ a malo.cū vicerit tēptationes
cū debita fuerint ei dimiſſa.qꝛ q̄ ꝑ ſe ſtare
nō pōt neceſſari⁹ ē ei ſpūs fortitudinis.ne
p̄miū expectando deficiat.ideoq̄ꝫ petit vt
panis quotidian⁹ ſibi donet̄.Deinde cuꝫ
fuīt libat⁹ a mal̄.⁊ roborat⁹ i bōis petit vt
fiat volūtas di ſic̄ i celo ⁊ i t̄ra Et qm̄ p̄miſ
ſa i hac vita ꝑfecte fieri n̄ p̄nt mox petit vt
regnū adueniat.in quo nomē p̄ris ſancti-
ficet̄ in celis.vt nunq̄ꝫ de cetero poſſit a ſci
ficatiōis gr̄a ſepari. Poſtq̄ꝫ petitionuꝫ
cōtinuationē p̄miſim⁹ mox ad eorū expo-
ſitionē veniam⁹.Prenotandū tn̄ ē ꝙ illḋ
qḋ ē in orōe p̄mittit̄ vicꝫ pater nr̄ q̄ es i ce
lis.captatio beniuolētie eſt vt iam dicet̄.
Nēpe pat̄ grece dr̄ latine genitor.Et dici
tur de⁹ pat̄ a patrādo ſiue ꝑficiendo.qꝛ ꝑ

eum oīa facta ſunt.De⁹ aūt ⁊ generaliter
⁊ ſpecialiter ⁊ ſingulariter dicit̄ pat̄.Ge-
neraliter oīm ꝑ creationē.ſpecialit̄ iuſto-
rum ꝑ adoptionē.ſingulariter xp̄i ꝑ gene
rationē.Per creationē vt ibi.Flecto ge-
nua mea ad deū p̄rem oīpotentē a q̄ omis
pat̄nitas in celo ⁊ in terra noīat̄.Per ad-
optionē vt ibi.Si vos cū ſitis mali noſt|
bona data dare filijs vr̄is q̄ꝫto magis pat̄
veſter de celo dabit ſpm̄ bonū petentibus
ſe.Per generationē ibi.Nemo nouit fili-
um niſi pater.⁊ p̄rem niſi fili⁹.⁊ cui volue
rit fili⁹ reuelare.Et ꝑ h̄ ꝙ dicit.Pater nr̄
qui es in celis.dehortat̄ nos a duob⁹.vi-
delicet a ſupbia.ne dicamus pater mi.q̄ſi
reputantes ꝓpriū qḋ eſt cōe.⁊ ab indigni
tate ſcꝫ ne reddamur idigni tāto p̄re q̄ cō
ſiſtit in celis.De⁹ em̄ ſoli⁹ xp̄i pater eſt ꝑ
naturā.cui ſoli cōpetit dicere pater mi.Fi
deliū aūt ē pater ꝑ gr̄am quib⁹ cōpetit di-
cere.Pater noſter.Ille dicit.pater mi ſi
poſſibile ē.trāſfer a me calicē hūc.Iſti di-
cunt.Pater noſter qui es in celis ſanctifi-
cetur nomen tuū ⁊c.Hinc etiā ipſemet di
cit.Vado ad p̄rem meū ⁊ p̄rem veſtrum
Meū quidē ꝑ naturā.vr̄m ꝑ gr̄am.Hor
tat̄ etiā nos ꝑ hoc ad duo ſcꝫ ad ſeruāduꝫ
gr̄am adoptionis cū dicit.pat̄.⁊ vnioneꝫ
fraternitatis.cū ait noſter.Rurſum per h̄
ꝙ dicit pater qḋ eſt nom̄ piū.notat̄ boni-
tas ei⁹.⁊ eccl̄ie deuotio.que ip̄m patrē ap
pellat.ꝑ h̄ ꝟo ꝙ dicit nr̄.oſtēdit̄ dilatatō
charitatis.Per hoc ꝙ dicit in celis.i.in
ſanctis.quorū cōuerſatio a fece mundi re
mota ē dei pietas deſignat̄.Quia igit̄ ca
ptatio beniuolētie in hac orōne p̄mittitur
ſciendū eſt ꝙ beniuolentia captat̄ a trib⁹
ſcꝫ a ꝑſona cognitoris.petitoris ⁊ aſſeſſo-
ris.Cognitor ē de⁹.petitor ē hō.aſſeſſor ē
angelus.A perſona cognitoris cuꝫ ait pa
ter.petitoris cū ait noſter.aſſeſſoris cū ait
qui es in celis.id eſt.in angelis vel in ſan-
ctis.De quibus habetur.Celi enarrant
gloriam dei.Unde ſpes nobis tribuitur
vt ſanctos nos faciat.Uel in celis.id ē.in
ſecreto maieſtatis diuine.per qḋ datur fi
ducia obtinendi bonum occultum quod
oculus non vidit nec auris audiuit.nec in
cor hominis aſcendit.Dat ergo fiduciam
impetrandi bonum.Unde nō dicit̄ dn̄e.
cui fuit̄ timore.ſ; p̄r cui fuit̄ amore.q.d.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qꝛ pater es vis. qꝛ in celis es potes. ergo libe
ra nos a malo. Et nō ꝙ celū dicit a celan-
do. qꝛ celat diuina ſecreta. vel a celſitudie
quia altiꝰ ē terrenis rebus. ¶ Sed libera
nos a malo. Triplex aūt ē malū a quo pe-
timus liberari. innatū. additū. ⁊ inflictū.
Primū cōtrahit ſcʒ originale. ſcðm com-
mittit ſcʒ actuale. tertiū ſuſtinemꝰ ſcʒ pe-
nale. Malū aūt vitamꝰ p ſpiritū timoris
Nam vt inq̇t ſcriptura. Timor dn̄i expel
lit peccatū. Et alibi. Per timorem dn̄i de-
clinat oīs a malo. Porro triplex ē timor q̄
ceſſamus a malo. ſuilis. initialis. ⁊ filialꝭ.
Timore ſuili ceſſamus a malo formidine
pene. Timore filiali ceſſamꝰ a malo amore
iuſticie. Initiali timore ceſſamꝰ a malo p-
tim formidine pene ptim amore iuſticie.
Seruilis timor eſt incipiētiū. initialis pfi
cientiū. filialis pficientiū. dicit ergo. Sed libe-
ra nos a malo. q. d. Da nobis ſpiritū timo
ris ⁊ pauptatē ſpūs vt p ſpiritū timoris vi
temus mala. p pauptatem ſpūs abdicemꝰ
bona. quatenꝰ excluſis vitijs ⁊ ꝯtemptis
terrenis habeamus eterna ſcʒ regnū celo-
rum qđ lucifer ⁊ p̄mi pentes p inanē gl'iā
ſiue ſupbiam amiſerūt. Per hoc ergo ꝙ ſe hūi-
liando petit liberari a malo. qđ fit p donū
timoris. fugat ſupbia que opponit timori
Et ſic finis oronis cōcordat cum pncipio.
vbi ab hūilitate cōtra ſupbiā incepit vt p
miſſum ē. ¶ Et ne nos inducas in tēptati
onem ſcʒ diabolicā. Nota ꝙ temptat nos
deus. temptat hō. temptat diabolꝰ. Deꝰ
temptat vt pbet. hō vt ſciat. diabolus vt
fallat. De p̄mo legit. Tēptauit deꝰ abraā
De ſcðo. Tēpta nos obſecro diebꝰ decē.
De tertio. Cur ſathanas tēptauit cor tuū
Porro duobꝰ modis tēptamur. interiꝰ p
delectationē. ⁊ exteriꝰ p ſuggeſtionē. In-
terior temptatio parū officit. exterior mul
tum pficit ſi nō cōſentiat ſed reſiſtat. Scri
ptum ē enim. Tēptatio vos nō apprehen-
dat niſi humana. Rurſus Btūs vir q̄ ſuf
fert tēptationē: qꝛ cum pbatꝰ fuit accipiet
coronā vite. Cū ergo citra ꝯſenſum tempta-
mur ducimur in tēptatōnem. cū ꝯſentimꝰ
in tēptationē inducimur. ſic piſcis an captu
ram in rete ducit: cū aūt inducit capit et
tenet. Tūc iplet ꝙ iacobꝰ apl's ait. Tem-
ptat aūt vnuſquiſꝙ a ꝯcupiſcētia ſua ma
la abſtractꝰ ⁊ illectꝰ. Deide ꝯcupiſcentia
cū cōceperit. parit peccatū. peccatū vo cū
ꝯſūmatū fuit generat mortē. Verū cū idē
apl's dicat. qꝛ deꝰ ē intēptator malorū. qđ
ē qđ petimꝰ ne deꝰ nos inducat in tēptati-
onē: ſed dicēdū ē ꝙ deꝰ q̄dāmō tēptat ⁊ quo
dāmō nō tēptat. Tēptat vt pbet. iuxta illđ
Proba me deꝰ ⁊ tēpta me. Nō tēptat vt
fallat. iuxta illđ Deꝰ neminē tēptat. Peti-
mus ergo ne nos deꝰ in tēptationē inducat. id
ē. ne pmittat induci. qꝛ ſicut dicit nō ē malū
in ciuitate quod deꝰ nō faciat. i. qđ fieri nō
pmittat. Scriptū ē ei. Fidelis deꝰ q̄ non
patitur vos tēptari ſupra id qđ poteſtis.
Quaſi dicamꝰ. Da nob ſpiritū pietatis ⁊
māſuetudinē ſpūs. vt p ſpiritū pietatis vin
camus tēptationē exercēdo nos ad pieta-
tem. ⁊ p māſuetudinē ſpūs vincamꝰ iram
nō reddēdo malū pro malo. Vincamꝰ etiam
inuidiā que opponit pietati. vt ita poſſi-
deamꝰ terrā viuentiū. quā p ſpiritū pieta
tis ⁊ p māſuetudinē ſpūs obtinebimꝰ Nā
pietas pmiſſionē habet vite que nūc eſt ⁊
future. Et beati mites. quoniā ipi terram
poſſidebūt. Vn̄ pſ. Māſueti poſſidebūt
terrā. ⁊ delectabunt in multitudine pacis.
¶ Dimitte nobis debita nr̄a ⁊c. Debita
dicunt peccata. que nos debitores pene
cōſtituūt. Nō eni hic agit de debitis pecu-
niarū ſed offenſarē. Tria aūt ſunt debita
que petimꝰ nob dimitti ſcʒ peccatū in deū
peccatū in pximū ⁊ peccatū in nos. Vnđ
peccauimꝰ cū prībꝰ nr̄is. iniuſte egimus.
iniquitatē fecimꝰ. Peccauimꝰ cū prībus
nr̄is in deū. iniuſte egimꝰ in pximū. iniq-
tatem fecimꝰ i noſipſos. Et qꝛ peccauimꝰ
in deū. iđo petimꝰ vt ipe dimittat nob. qꝛ
peccauimꝰ in nos. iđo petimꝰ vt dimittat
nobis debita nr̄a. qꝛ peccauimꝰ in pximū
ideo petimus vt dimittat nob debita nr̄a
ſicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝰ noſtris
Hoc pacto ergo ⁊ ea conditione nobis di
mittuntur. ſi nos debitoribus dimittamꝰ
alioquin etiam dimiſſa reuocantur in de-
bitum. ſm illud euangelij. Serue nequam
omne debitum dimiſi tibi quoniam roga
ſti me. Nonne ergo oportuit et te miſere-
ri conſeruo tuo ſicut ⁊ ego miſertus ſum
tui. Et iratus dominus eius tradidit eum
tortoribus quoadusqꝫ redderet vniūſum
debitum. Sic et pater meus celeſtis faci-
et vobis. ſi nō dimiſeritis vnuſquiſqꝫ fri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuo de cordib⁹ v̄ris. Ut ḡ dn̄s euidenter
oñderet. ꝙ null⁹ ē totius orōnis fructus:
niſi debitorib⁹ dimittam⁹ in fine eiuſdem
euāgelij ſubiūxit ad om̄ia. Si dimiſeritis
hominibus pctā eorū. dimittet vobis pa-
ter vr̄ celeſtis pctā vr̄a. Si aūt nō dimiſe-
ritis hoībus pctā eorū. nec pater vr̄ dimit
tet vobis pctā vr̄a. His ḡ qui debitorib⁹
nō dimittūt hec orō nō ꝓdeſſe videt̄. q̄n/
ſimo videt̄ obeſſe. Nam q̄ ſic petit ſibi di-
mitti ſicut debitorib⁹ ſuis ip̄e dimittit pro
fecto. ſi nō dimittit ip̄e debitorib⁹ videtur
petere vt ſibi nō dimittat̄. Sꝫ querit̄ q̄d
tenet̄ illi dimittere qui nec ſatiſfacere vult
nec veniā poſtulare. Sane diſtinguendū
eſt inter ꝑfectū ⁊ impꝑfectū. Is qui viā ꝑ-
fectionis arripuit debet etiā nō petēti ve-
niam om̄imode indulgere. Un̄ in canone
Innoc̄. legit̄. Falſa ē penitētia. ſi penitēs
offenſo nō ſatiſfaciat. aut ſi offendēti offē-
ſus nō indulgeat. Qui ꝟo nōdū ꝑfectōis
votuꝫ aſſumpſit. tenet̄ quidē rancorē cor
dis deponere. ſed nō tenet̄ ſatiſfactionem
debitā cōdonare. Un̄ in canone Fabiani
ita cauet̄. Si quis ꝯtriſtat⁹ recōciliari no
luerit fratri ſuo ſatiſfaciente eo qui contri
ſtauit. acerrimis maceret̄ inedijs vſqꝫ dū
gratāti animo ſatiſfactionē recipiat. Quā
qꝫ om̄es vniūſalit̄ teneamur diligere ini-
micos nr̄os. benefacere his qui oderunt
nos. ⁊ orare ꝓ ꝑſequētib⁹ ⁊ calūniantib⁹
nos. Quia ꝟo ſunt culpe quib⁹ culpa eſt
relaxare vindictā. ⁊ ſi pctm̄ in nos tenea/
mur dimittere. pctm̄ tn̄ in deum ⁊ pctm̄ i
ꝓximū debem⁹ punire. Quiſquis ḡ labo
rat odio vel inuidia. ḡuat̄ magis hac ora
tione qꝫ iuuet̄. niſi forte iā ꝓpoſitū habe-
at dimittēdi. Uerūtn̄ nō in ſua quiſqꝫ ſed
in toti⁹ eccleſie videt̄ ꝑſona orare. Unde
nō dic̄ dimitte mihi debita mea. ſic̄ ⁊ ego
dimitto debitorib⁹ meis. ſ; dic̄ dimitte no
bis debita nr̄a ſicut ⁊ nos dimittim⁹ debi
torib⁹ nr̄is. Quidā etiā volūt illud ita in-
telligi. dimitte nob̄ ⁊c̄. i. ſic dimitte nobis
debita nr̄a vt ⁊ nos dimittam⁹ debitorib⁹
nr̄is. Quaſi diceret. Da nob̄ donū ſcienti
am luctū ⁊ ꝟtutē. quaten⁹ tā nr̄a qꝫ aliena
pctā cognoſcam⁹ ⁊ defleam⁹ vt nob̄ debi
ta nr̄a dimittas. Et ſic ꝯſolationē habebi
mus adūſus inuidiā. q̄ facit hoīeꝫ dolere
de alieno bono. ⁊ adūſus irā q̄ ē ꝯ̄ria ſciē-

tie. qꝛ ira impedit animū ne poſſit cernere
verū. Per ſciam em̄ ⁊ luctū in p̄n̄ti remiſ-
ſionē accipimus. ⁊ in futuro cōſolationeꝫ
habebim⁹. iuxta qđ legit̄. A delicto meo
mūda me: qm̄ iniquitatē meā ego cogno/
ſco. Et beati q̄ lugēt. qm̄ ip̄i ꝯſolabunt̄.
Panē nr̄m q̄tidianū ⁊c̄. Un̄ in euāge/
lio ioh̄is. Dn̄e ſemꝑ da nobis panē hūc.
Panis aūt grece interp̄tat̄ latine omnis.
Un̄ oram⁹ vt oipotēs pater oēm victum
ſpūalem ⁊ carnalē om̄i tp̄e nobis largire
dignet̄. Quinqꝫ aūt panes ſunt nobis ne-
ceſſarij. In via quatuor ⁊ q̄nt⁹ in patria.
Corꝑalis ad ſuſtentationē. ſpūalis ad in-
formationē. doctrinalis ad eruditionē. ſa
cramentalis ad expiationeꝫ. ⁊ et̄nalis ad
fruitionē. De p̄mo legit̄. Nō in ſolo pane
viuit hō. De ſcđo. Amice accōmoda mi/
hi tres panes. De tertio. Uenite comedi-
te panē meū. De quarto. Qui panē domi
ni indigne mādūcat reus erit corꝑis dn̄i.
De q̄nto. Ego ſum panis viu⁹ qui de ce-
lo deſcendi. Poſtqꝫ em̄ fuerint hoī pecca
ta dimiſſa. neceſſari⁹ ē ei ſpūs fortitudiniſ
vt p̄miſſum ē. iđo dicit Panē nr̄m q̄tidia
num da. i. nobis quotidie neceſſariū. alio
q̄n qđ nr̄m eēt nob̄ dare nō poſſet. niſi pri
us deſineret eſſe nr̄m. Da nob̄ hodie. q. d.
Da nobis ſpiritū fortitudinis q̄ multipli-
ci pane roborat animā. ne deficiamus in p̄
ſenti eſuriēdo iuſticiā. ꝑ quā expellentes
accidiā. i. tediū de bono plena iuſticia ſa/
turabimur in futuro. ſm̄ illđ. Bti q̄ eſuri
unt ⁊ ſitiunt iuſticiā. quoniā ip̄i ſaturabū
tur. Matthe⁹ dic̄. Panē nr̄m ſupſubſtā
tialē. Qđ duob⁹ modis pōt intelligi. vl̄ vt
vna ſit dictio. q. d. Da nobis panem nr̄m
ſupſubſtantialem. i. xp̄m q̄ eſt ſupſubſtā-
tialis. i. ſup oēm ſubſtantiā ſcꝫ creatam q̄
panis ē in altari. Uel vt ſint due dictiōes
q. d. Da nobis panē nr̄m. i. xp̄m q̄ eſt pro
prius cibus fideliū ⁊ hoc ſup panē. i. p̄ter
panē ſubſtantialem. i. neceſſariū ad ſuſtē-
tationem. q. d. Da nobis vtrūqꝫ panē ſcꝫ
mentis ⁊ corꝑis. Lucas dicit. Paneꝫ no-
ſtrum quotidianū. qđ tā de corꝑali qꝫ đ ſa
cramētali pane pōt intelligi. vicꝫ de viati
co. Grec⁹ hꝫ epyniſion ꝙ intep̄tat̄ ſupſub
ſtātialē. Hebre⁹ ꝟo ſegola. qđ it̄erp̄tatur
egregiū vl̄ peculiarē. Ob h̄ forte lucas vi
dēſ math. dixiſſe ſegola qđ ſonat peculiarē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dixit q̃tidianũ. Grec⁹ aũt iterpres Mat.
quia vidit eum dixiſſe ſegola quod ſonat
egregiũ dixit epynſionẽ.i. ſupſubſtantia=
lem. Fiat voluntas tua. Hoc rogam⁹:
vt q̃uo angeli vel om̃es ſancti inculpabi=
les deo ſeruiũt.ita ⁊ nos abſq̧ graui pctõ
illi ſeruiamus in terra. Voluntas dei du=
pliciter intelligit̃.ſcʒ ⁊ bñplacitũ dei eter=
num.⁊ ſignum bñplaciti tempalis. Bene
placitũ dei eternũ ſemp implet̃. Unď. Et
voluntati eius q̃s reſiſtet. Et om̃ia q̃cũq̧
voluit dñs fecit. Signa bñplaciti tempal̃
ſunt.v.p̃ceptio.ꝓhibitio.ꝑmiſſio.ꝯſiliũ.
⁊ opatio. Unde. Magna opa dñi exqui
ſita in om̃es volũtates eius. Hec nõ ſem=
per implent̃.ſ; vt impleant̃ orat̃. Uñ dici
tur. Fiat volũtas tua.id eſt.ope impleat̃
quod p̃cipis.quod cõſulis.quod ſuades
quia nõ ſufficit volũtas niſi aſſit facultas
Sicut in celo ⁊ in terra.i.ſicut illi qui ſunt
in celo voluntatẽ ei⁹ faciũt ſic ⁊ nõ in ter/
ra faciamus. Vel ſicut in celo ⁊ in terra.i.
ſicut in angelis ita ⁊ in hoibus.vel ſicut i
ꝑfectis ita ⁊ in cõuerſis.vł ſic̃ in xp̃o ita ⁊
in eccleſia.vel ſicut in mẽte ita pariter ⁊ in
carne.vt caro nõ cõcupiſcat aduerſus ſpi
ritũ.ꝭm illud. Cor meũ ⁊ caro mea exulta
uerunt in deũ viuũ.q.d. Da nobis ſpiri=
tum conſiliȷ̃.vt faciam⁹ volũtatem tuam.
maxime miſcďiam que ꝑimit auariciam.
quaten⁹ miſcďiam cõſequamur.ꝭm illud
Beati miſericordes.q̃m miſcďiam conſe=
quent̃. Sicut em̃ auaricia conſiſtit in acq̃
rendo ⁊ retinẽdo.ita miſcďia cõſiſtit i dã=
do ⁊ dimittẽdo. Hui⁹ petitionis ⁊ aliarũ
duarũ impletio inchoat̃ in via ⁊ cõſũma
tur in patria.vbi nil velle poterimus niſi
qď deũ velle ſciem⁹.tũc dlligemus deum
ex toto corde.⁊ ex tota mẽte.⁊ ex tota aĩa
Et corde.i.intellectu diligimus filiũ.toto
id eſt ſine errore. Ex mẽte.i.memoria dili
gimus patrẽ.tota.i.ſine obliuiõe. Ex aĩa
id ẽ.volũtate diligimus ſpm̃ ſanctum.to=
ta.i.ſine ꝯtrarietate.p̃rem potẽtiam.filiũ
ſapientiam.ſpm̃ ſanctum bonitatẽ. Ad
ueniat regnum tuũ. Hoc rogamus vt ſem
per chriſt⁹ regnet in nobis ⁊ nõ peccatum
vt nos ꝑatos inueniat.q̃ñ aĩam a corpo/
re iubebit exire. Regnum aũt dei dicitur
⁊ militans ecclia.quia regit̃.⁊ triũphans
ec cleſia quia regnat. Item regnũ dei dici

tur a gratia fidei ⁊ gloria ſpei. Rurſus re=
gnum dei dicit̃ ⁊ intellect⁹ ſcripture ⁊ lo=
cus patrie. De regno militãtis ecclie ſcri=
ptum eſt. Exibunt angeli meſſores ⁊ colli
gent de regno ei⁹ om̃ia ſcãdala. De regno
triumphãtis ecclie repit̃. Uenient ⁊ recũ
bent cum abraã iſaac ⁊ iacob in regno ce=
lorum. De regno fidei dicit ſcriptura Re
gnum dei intra vos eſt. De regno ſpei ait
dñs. Percipite regnum quod vobis pa=
ratum ẽ ab origine mundi. De regno ſcri=
pture legit̃. Auferet̃ a vobis regnum dei
⁊ dabit̃ genti faciẽti fructum eius. De re
gno patrie repit̃. Fulgebũt iuſti ſicut ſol
in regno patris eorũ. Sed etiã ipſe chriſt⁹
dicit̃ regnũ dei ꝭm illud. Si ego in digi=
to dei eȷ̃cio demonia ꝓfecto venit i vos
regnum dei. Adueniat igit̃ regnum tuuʒ
id ẽ.veniat regnũ:ad regnum militãs vi=
delicet et triumphãs. Vel regnũ tuũ ad=
ueniat.i.ad videndũ te veniat.vt regnuʒ
fidei ad regnum tranſeat ſpei.q̃m hec eſt
vita eterna.vt cognoſcam⁹ te ſolum verũ
deum ⁊ queʒ miſiſti ieſum xp̃m.q.d. Da
nobis ſpm̃ intellectus.quo mũdati corde
intelligamus te in p̃ſenti regnare ꝑ fidem
vt in futuro videam⁹ te regnãte in nobis
ꝑ ſpem. Tunc cognoſcem⁹ ſicut ⁊ cogniti
ſumus. Videtes nunc quaſi ꝑ ſpeculũ in
enigmate:ſed tunc facie ad faciem euʒ vi=
debimus deum deoꝝ in ſyon. Quod ẽ cõ
tra gulã. De qua ꝓpheta. Uinũ inquit ⁊
ebrietas auferũt cor. Per intellectum em̃
deſinit hõ carnaliter viuere. Uñ Hiero.
Ama ſcientiã ſcripturarũ ⁊ carnis vitia ñ
amabis. Sanctificet̃ nomen tuuʒ. Hoc
rogamus vt nos ſancti ſim⁹ ⁊ iuſti.⁊ rece
damus a malo ⁊ ſemp faciamus bonum.
Et nota q̧ nomen patris quatuor modis
ſanctificat̃ in filiȷ̃s.duobus in via ⁊ duo=
bus in patria. In via ꝑ efficientiam ⁊ ꝑſe
uerantiã.in p̃ria ꝑ cõſummationẽ ⁊ effe=
ctionẽ. In via nãq̧ nomẽ p̃ris ſanctificat̃
in filiȷ̃s q̃ñ ſanctificationis effectum opat̃
in eis.vł q̃ñ ſanctificatio quã acceperunt
in nomine patris.ꝑſeuerat in illis. In pa
tria vero nomen p̃ris ſanctificat̃ in filiȷ̃s.
quia ſancitur ⁊ confirmat̃ in eis vt nunq̃
poſſint a filiationis gratia ſepari. Hic eſt
quaſi mobile nomen p̃ris in filiȷ̃s. Nam ⁊
iudas q̃ñq̧ fuit filius.q̃ñq̧ nõ fuit. Pro

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qua poſſibilitate mouēda dixit apoſtolis
Caſtigo corp⁹ meum ⁊ in ſeruitutem redi
go. ne forte cum alijs p̄dicauerim ipſe re-
probus efficiar. Ibiq; nomē patris ſancti
ficat᷑ in filijs. quia ibi tales ſunt filij in qui
bus pater ſanct⁹ apparet. tunc erūt mani/
feſti qui nunc ſunt occulti. ſm̄ illud. Nos
inſenſati vitam illorū eſtimabamus inſa/
niam. ⁊ finem illorū ſine honore. ⁊ ecce q̄/
modo cōputati ſunt int᷑ filios dei ⁊ int᷑ ſan
ctos ſors illorū eſt. Dicit ḡ ſanctificet᷑ no-
men tuum. q. d. Da nobis ſpiritū ſapien/
tie. put dicit᷑ a ſapore. id ē. iocunditatem
eternā. vt guſtemus q̄ȝ ſuauis eſt domi-
nus. generantē in nobis pacē. i. motuum
interiorū quietem vt caro nr̄a nō cōcupi/
ſcat aduerſus ſpm̄. quia nō eſt pax oſſib⁹
meis a facie peccatorū meorū. vt ita ſan /
ctificet᷑ nomen tuū. id eſt. pater in filijs. q̄-
tenus in p̄ſenti difficile. in futuro nequa/
q̄ȝ a filiationis gr̄a ſeparent᷑. Quod ē ma-
nifeſte cōtra luxuriā. qua q̄ laborat nō io-
cundat᷑ in deo. pacē mētis nō habet. filius
dei nō ē. ſ; iumēto aſſimilat᷑. quia quaſi iu
mentum in ſuo ſtercore cōputreſcit. guſta
to em̄ ſpiritu deſipit omnis caro. In fi-
ne dn̄ice orōnis ponit᷑ amen quod ad om
nes petitiones refert᷑. Hebre⁹ aūt ponit i
fine vnū ex his tribus amē. ſela. ſalez. que
ſonant ꝟe. ſemꝑ pacē. De amen dictū eſt
ſub ti. de ſalutatione ad pp̄lm. Licet autē
amen q̄nq; affectum optātis exp̄mat. Hic
tn̄ cōcluſionis affirmationē oſtendit. Vn̄
glo. Matth. vj. Amen ſignificat in i his
om̄ib⁹ petitionib⁹ indubitāter a dn̄o tri/
bui quod petit᷑. ſi vltime conditionis pa/
ctum ſeruauerim⁹. Unde ſubdit. Si dimi/
ſeritis ⁊c̄. Et ideo amen hic nō a pp̄lo vel
clero. ſ; a ſacerdote ꝓfert᷑. Cum em̄ ipſe ſit
mediator inter pp̄lm ⁊ deū. quia eius ē vo
ta pp̄li deo offerre. ⁊ ipſi⁹ voluntatē popu
lo renūciare. ſicut legit᷑ Exod. xix. Ma-
gis congruit illud a ſacerdote ꝓferri. a q̄
cōuenit petita a dn̄o fuiſſe cōceſſa affirma
ri. q̄ȝ a pp̄lo cui hmōi renūciatio ipſo medi
ante fieri debet. In alijs ꝟo orōnib⁹ que
in officio eccl̄iaſtico dicunt᷑ amen poti⁹ ex
primit affectū optantis. q̄ȝ cōcluſionem af
firmātis. ideoq; in illis cōgrue ꝓfert᷑ a po
pulo. a quo optat᷑ qđ ill᷑ a ſacerdote orāte
poſtulat᷑. Profert tn̄ hic ſacerdos amē ſ;
ſilentio. Primo in ſignū quod dn̄s vult
orātes latere ꝙ a dn̄o exauditi ſint ne poſt
modū tepeſcant. Scd̄o quia ſi alte profer
ret amen quo affirmat᷑ orationē dn̄icā ex
auditam eſſe. iudicari poſſet p̄ſumptio et
quedā oſtentatio ſacerdotis.

Tertia pars miſſe de ſilentio poſt
dominicam orationem.

Tertia pars miſ

ſe incipit ab hac oratione. Libera
nos queſum⁹ dn̄e ⁊c̄. Que oratio
dicit᷑ emboliſmus vel ſuperxcreſcentia. eo
ꝙ nihil in ea petit᷑ quod in p̄cedēti domi-
nica orōe petitū nō fuerit. nec tn̄ ſuꝑfluit
q̄m eſt repetitio ⁊ expoſitio nouiſſime pe-
titionis illius. Illa em̄ dicit. Libera nos
a malo. Iſta dicit. Libera nos queſum⁹.
⁊c̄. Et ſubdit a quibus malis ſcȝ preſenti
bus p̄teritis ⁊ futuris. Et ſubdit᷑ etiā trā
ſitus ad orationē ꝓ pace ibi. Interceden
te beata ⁊c̄. Uel dicit᷑ ſuperxcreſcētia. q2 i
primitiua eccl̄ia multo tp̄e dicta non fuit.
Et nota ꝙ duplex eſt emboliſm⁹. videlicȝ
quotidianus ⁊ annu⁹. Quotidian⁹ ē hec
oratio. Cum em̄ amen ſit finis dn̄ice orati
onis ⁊ illud reſeruat᷑ ſacerdoti a clero di/
cente. ſed libera nos a malo vt p̄miſſum ē
patet ꝙ hec oratio intelligit᷑ emboliſmus
nō ſolum quotidian⁹. verūetiā dn̄ice ora-
tionis. Emboliſmus etiā quotidian⁹ ſunt
p̄fationes vt vere dignū eſt ⁊c̄. ⁊ cōmuni
cantes ⁊c̄. ⁊ hāc igit᷑ oblationē ⁊c̄. te igit᷑
clemētiſſime pater. Annu⁹ ꝟo emboliſm⁹
eſt cōſecratio olei infirmorū. de qua dice-
tur in. vj. ꝑte ſub ti. de cena dn̄i. ⁊ benedi-
ctio vuarū ⁊ agni paſcalis ⁊ hmōi. ⁊ etiā
frugum ⁊ fabarū p̄marū. que ex inſtituti-
one euthiciani pape ſuꝑ altare bn̄dicunt᷑
Emboliſmo finito nō cōcluditur. ꝑ domi
num. hec em̄ eſt emboliſmorū ⁊ p̄fationū
cōſuetudo. ſed ei cōtinuat᷑ oratio. Da pro
pitius pacē ⁊c̄. Da pacē inquā pectorꝫ vt
ſimus a peccato liberi. Da pacē tp̄is vt ſi
mus ab om̄i ꝑturbatione ſecuri. nocet em̄
infirmis ꝑturbatio. Et ecce q̄ȝ apte enoda
tur a quib⁹ malis erui dep̄cemur. Hec au
tem orō. Libera nos ⁊c̄. ſub ſilentio dicit᷑
ꝑut dictū eſt ſub ti. de pater nr̄. ſuꝑ ꝟbo.
Oremus p̄ceptis. quod ſilentiū ſignificat
ſabbatū quo corp⁹ dn̄i in ſepulcro quieuit

Tūc em̄ null⁹ fidē p̄dicauit. Vn̄ luca teſtā
te mľieres que parauerāt vnguēta ſabba
to quidē ſiluerūt ſm̄ mādatū legis. xp̄us
tm̄ nō ſiluit imo ipſe qui ſm̄ carnē in ſepul
cro quieuit ſm̄ aiam deſcēdit ad inferos.
vt fortior ſupueniēs ſuparet fortē arma/
tum ad qđ ſignificandū eccľia romana dicī
ipam orationē alta voce in die paſceue. et
mediolan̄. ſp. ⁊ tūc momordit infernū du
cens ſuos vinctos de lacu vbi nō erat aq̄.
liberans eos de malis p̄teritis p̄ſentibus
⁊ futuris. ⁊ dans eis ppetuā pacē in qua
ſunt ſemp. ⁊ a pctō liberi. ⁊ ab om̄i pertur
batione ſecuri. Vn̄ de hoc lacu liberari ſe
⁊ totā eccleſiā orat p̄ſbyter dicēs. Libera
nos ⁊c̄. Et q: nos indigni ſum⁹ veniā de
p̄teritis ⁊ p̄ſentib⁹ atq3 de futuris cautelā
pmereri. niſi nobis donet oroñe btē vgi-
nis. ⁊ beatorū petri ⁊ pauli atq3 andree. ⁊
aliorū ſanctoꝝ. ideo hic eos in nr̄m patro
ciniū inuocam⁹. Ad impetrādū ḡ pacī gra
tiam imploraт mater ſalomonis. i. viri pa
cifici. ⁊ michael nūci⁹ pacis. ⁊ baptiſta p̄-
co pacis ⁊ tres apľi teſtes pacis ⁊ nō plu-
res. q: i ore duorū vel triū teſtiū ſtat oē v
bum. Prius ḡ orauim⁹ vt liberaremur a
malis nūc vo p pace oramus. Rurſus l3
oēs apľi ſupius fuerint ppter autoritatē3
apoſtolat⁹ cōnumerati. in hac oroñe que
triduu3 q̄ dn̄s in ſepulcro iacuit deſignat
tres repetunt. ⁊ ſpecialiter iſti tres ppter
aliquas eorū p̄rogatiuas videlicet ppter
puilegiū p̄rogatiue dignitatis quo ad pe-
tru3. ppter puilegiū p̄dicatiōis ⁊ imenſi
laboris quo ad paulū. ⁊ ppter puilegiu3
nimiū concupite crucifixionis quo ad an
dream. Adhuc in hac oratiōe eſt intentio
inuocare nō ſolū apľos verūetiā oēs ſan-
ctos. qui p triplicē ſtatū diſtinguunt. ſic
⁊ oēs qui ſunt in militāte eccľia. aut enim
fuerūt vel ſunt in ſtatu cōiugali. qui p pe
trum. aut in ſtatu cōtinētie ⁊ viduali. qui
p andream. q̄ ſm̄ Cryſ. credit in viduali
ſtatu fuiſſe. aut in ſtatu vgiali. qui p pau
lum deſignat. ad quem ſtatū etia3 angeli
reducunt. quia vginitas ſoror eſt angelo
rum. Et de beata maria etiā fit mētio tan-
q̄3 de porta miſericordie. Poſtremo nota
q̄ poſt ſecreta3 tria dicunt ad myſterium
cōſecrationis corpis dn̄i pficiendum vic3
Preceptis ſalutaribus. ⁊ oro dn̄ica. et h

oro. Libera nos queſum⁹. ⁊ hoc ppt̄ tres
dies quibus dn̄i corpus iacuit i ſepulcro
ſiue ppt̄ triplicē legē. ſ. naturalē moſaycā
⁊ euangelicam.

De reſumptione patene.

Quia poſt paſ-
ſionis triſticiū ad reſurrectiōis
gaudiū puenit. iuxta illud Ad
veſperū demorabit fletus. ⁊ ad matutinū
leticia. ideo ſubdiacon⁹ iterea dū chorus
rn̄det. ſ libera nos a malo. accedēs ad di-
aconū tradit illi patenā inuolutā. Diaco-
nus vo illam recipiēs eā reuelat. ⁊ reuela
tam rep̄ſentat ⁊ tradit ſacerdoti oſculan-
do illi⁹ manū aut humerū dextrū. Sacer-
dos vo cum ea ſignū crucis ſancte ſibi fa-
cit in facie ⁊ eā poſtmodū oſculat. Hi qui
dem tam nūero q̄3 obſequio ſcās illas mu
lieres ſignificant de quib⁹ narrat euange-
liſta Matthe⁹ d. Veſpe aūt ſabbati. que
luceſcit in prima ſabbati venit maria ma-
gdalene. ⁊ altera maria videre ſepulcru3
rep̄ſentātes patenā. i. cor patens latitudi-
ne charitatis in obſequiū ſepulture. Iux
quod legit. q̄ mulieres emerūt aromata:
vt veniētes vngerēt ieſum. Et valde ma
ne vna ſabbatorum veniūt ad monumen
tum orto iam ſole. ⁊ dicebāt ad inuicē. q̄s
reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monu-
mēti. Acceſſus igit diaconi q̄ marias ſig̃t
in tradēdo patenā. ſig̃t illud q̄ marie ve-
nerunt videre ſepulcrū ⁊ reſurrectionem
xp̄i late credentes. eā apľis nunciauerunt
qui demū dn̄o ſue fidei altitudinē obtule-
runt. ⁊ ideo de manu diaconi patenā. id ē
latitudinem charitatis. ſacerdos accipit.
id eſt xp̄s acceptat. Vel p ſubdiaconū in-
telligit nicodem⁹. q̄ etiā late credidit ⁊ ob
ſequiū exhibuit ſaluatori. Ex vo patena p̄
us inuoluta de hinc reuelata ad altare de
portat. h̄ eſt q̄ moyſes de fiſcella eſt ad re
giam pduct⁹ domum. Exod. ij. Lex qui-
dem que latuit. ſ cognitis myſterijs ac ec-
cleſia exaltata ad xp̄m aſcēdere d egypto
docēs. Ex vo ſacerdos ſup patenam ſibi a
miniſtris oblatam ſignum crucis facit re-
p̄ſentat illđ qđ in mattheo legit. q: princi
pes ſacerdotum ⁊ phariſei ſignauerūt la-
pidē cū cuſtodib⁹. ſed nec ratio iſta nec ip
ſum ſignū crucis neceſſitatis ſunt. Itē q̄ pa-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tenam oblatā recipit ſigt ꝙ xp̄s oēs ad ſe ex charitate redeūtes cū deſiderio recipit. qđ etiā ex eo patet. ꝙ ſtatim marie pſeuerāti ⁊ alijs cōparuit. De hoc etiā dcm̄ eſt ſub ti. de oblatione ſacerdotis. Poſt traditā diacono patenā ſubdiaconus mapulam qua patenā tenuerat inuolutā. plicatam nō ſup pallas altaris. ſ alibi deponit. in quo ſignificat̄ illud qđ legit̄ Joh. xx. c. q̄ꝛ Petrus in monumentū intrās vidit ſudariuꝫ qđ ſup caput xp̄i fuerat non cū lintheaminibꝰ poſitū. ſ ſepatū in vnuꝫ locū inuolutum. Diaconꝰ aūt manuꝫ ſeu humerū dextrū ſacerdotꝫ oſculat̄. ad notandū ꝙ ipē vult eē ſociꝰ in paſſiōe vt ſocius ſit in regno. ſm qđ dicit apl's. Si cōpatimur ⁊ cōregnabimꝰ. Rurſus ꝙ oſculat̄ dextrū illiꝰ humerū ſigt ꝙ deū hic videre nō poſſumꝰ niſi ꝑ ſpeculū ⁊ in enigmate: in futuro ꝟo videbimꝰ eū ſicuti eſt. Quia ꝟo crucifixus ardēti deſiderio querebat̄ iuxta qđ angelus inquit mulieribꝰ Scio quia ieſum queritꝫ crucifixū. Jdcirco cū patena crux ſignat̄ in facie ſacerdotis. in qua maxime vires aīe vigent. ⁊ vt hoc ſigno munitꝰ poſſit dei ſeruitiū ſine impedimēto cōſūmare. Statimqꝫ ſacerdos oſculat̄ patenā. oſtendēs ꝙ xp̄s cōfeſtim impleuit deſideriū mulierū. Mox eīm occurrit illis dicēs. Auete. Que ꝓcidentes tenuerūt pedes eiꝰ ⁊ adorauerūt. Nec eſt dubium q̄n pedes eiꝰ fuerint oſculati. De hoc ſub ti. de oſculo pacis dicet̄. Oſculatur etiā patenā. q̄ſi petēs a deo pacem corporis ⁊ aīe. Orandū eīm ē ꝓ pace temporali. qđ fit ſpecialit̄ in q̄buſdā eccleſijs. Oſculum etiā hmōi charitatē ſigt. ꝓut dicetur ibidē. Rurſus ideo ſe ſignat cū patena. ⁊ poſt oſculat̄ illā. ad nōndū ꝙ ſi ꝑ paſſiōeꝫ filij recōciliamur deo p̄ri erimꝰ ⁊ heredes regni celeſtis. Vel ſignū crucis cū oſculo ſigt gloriationē xp̄i in cruce cū charitate. Quidā etiā cū patena ſe ſignāt an̄ pectus ꝑ qđ ſignificat̄ ſincera affectio. que ꝑ partes corpis ⁊ cordis ī ſacra ſcriptura ſignificāt. Quidā aūt priꝰ oſculant̄ patenā cū dicūt. Da ꝓpitiꝰ pacē. ⁊ poſtea cū oſculata patena in vltima clauſula. ſ. ab oīm perturbatione ſecuri. ſe ſignāt. q̄ꝛ ꝑ crucē et h̄ ſacrificiū ⁊ odorē eius oīa in celis ⁊ ī terris pacificata denūciant. Quidā q̄ꝫ conſequent̄ oſculant̄ ſūmitatē ⁊ pedē calicꝫ. qđ oſculū ꝓtendit itimū affectū ad monumētum ſeu ſepulturā xp̄i. exēplo magdalenē q̄ ex affectu ſtabat ad monumētū forꝫ plorans. vti dr̄ in Johe. Oſculuꝫ quoqꝫ pedis calicis ſignat oſculū pedū xp̄i. de quo iam dictū eſt. Aliq̄ etiā cū patena ſūmitate latus ⁊ pedē calicis tangūt qđ ſimiliter ex affectu intimo faciūt. quaſi totū monumentū amplectētes qđ ꝑ calicē ⁊ patenaꝫ rep̄ntat̄. Hoc eīm ꝓpriū ē feruent̄ amātiū ꝙ nō ſaciantur niſi dilectū ex oīni pte corporis ſui tangant ⁊ etiā res dilecti. qđ maxime oñdit magdalena. que a monumēto nō recedebat. Tactꝰ quoqꝫ cuꝫ patena in ſūmitate ⁊ latere ⁊ pede calicis. ſignificat tres cruciatꝰ dñi ſcꝫ in capite. in latere ⁊ in pedibꝰ. Alij ꝟo tangūt p̄mo pedē calicꝫ. ſecūdo latus. tertio ſūmitatē. ad oñdēdū ꝙ ꝑ hmōi ſacramēti ꝟtutē ad ſūmū gradum ꝑuenit̄ ꝟtutū. Sūt eīm in corde aſcēſiōis gradus. iuxta illud pſ̄. Et ambulabūt de virtute in ꝟtuteꝫ. Et Job. Per ſingulos gradꝰ ꝓnūciabo illū. Aliđ etēm ſunt ꝟtutis exordia. aliud ꝓfectꝰ. ⁊ aliud ꝑfectio. Vel ꝑ tactū pedis incarnatio. ꝑ tactuꝫ lateris paſſio. ꝑ tactum ſūmitatis aſcēſio ſignificat̄.

Finita orōne premiſſa ſcꝫ Libera nos ⁊c̄. reſumpta patena. diaconꝰ diſcoopit calicē. ide remouēs corporale ⁊ ſup calicē ſedulo intuet̄. Deinde ſacerdos intēdēs hoſtiā frangere. ipaꝫ đ altari leuat ⁊ ſup patenā collocat. Vñ tollens eā ſup calicē ꝑ mediū frangit dicens Per eūdē dñm nr̄m. Et in q̄buſdā ecclijs ꝑtem que poſt fractioneꝫ in dextra manu remāſit. ponit ſup patenā dicēdo. Qui viuit ⁊c̄. Partē ꝟo que in ſiniſtra remanſit iterū ꝑ mediū frāgit. ⁊ ꝑticulā que pꝰ ſub diuiſionē in ſiniſtra manu remāſit. cōiungit ꝑti priꝰ ſup patenā poſite dicēdo. i vnitate ſpūſſancti ⁊c̄. Alterā ꝟo ꝑticulā in dextra remanētē tenet ſup os calicis cū duobus digitis. ſ. cū pollice ⁊ indice. ⁊ erecto calice ſimul ⁊ ipſa ꝑticula parū cū ambabus manibꝰ eleuatꝫ alta voce dič Per oīa ſecl'a ſeculorū. Quo dicto calicē ſiť cū hoſtia deponit ꝓferēs. Pax dñi ſit ſp vobiſcū. ⁊ h̄ dicēdo ꝓducit ter ſignū crucꝫ ſup calicē cū dicta hoſtie ꝑticula. Deinde im-

mittit ꝑticulā illā in calicē dicēs. Fiat cō-
mixtio corꝑis ⁊c̄. Et poſtea ꝑ eṗm datur
bn̄dictio ſolēnis. De ſingulis igiẗ ē viden
dum. ⁊ ṗmo quare diacon⁹ diſcoopit cali
cem. ⁊ in eū diſcooptū ítueẗ. Circa quod
dicēdū ē. ꝙ os calicis in h̄ loco oſtiū ſigt
monumēti. de quo diacon⁹ corꝑale remo
uet ⁊ in eū ſedulo intueẗ. ſignās ꝙ angel⁹
dn̄i lapidem ab oſtio monumēti reuoluit
⁊ lintheamē amouit. ⁊ in ſepulcro diligē-
ter aſpexit. ¶ Scđo vidēdū ē quare ſacer
dos hoſtiā ſuꝑ patenā locat ⁊ inde eā tol-
lens ſuꝑ calicē frāgit. Circa qđ dicēduʒ ē
ꝙ ꝑ calicē xp̄i paſſio vel etiā eterne beati-
tudinis fruitio deſignaẗ. Vn̄ pſ̄. Et calix
tu⁹ inebriās ꝗ̄ ꝑclar⁹ ē. Et iterū inebria-
bunẗ ab vbertate dom⁹ tue ⁊c̄. Per pate
ne rotūditatē bonorū operū ꝑfectio ſigni
ficaẗ. Sacerdos ḡ volēs hoſtiā frangere
ṗmo eā ſuꝑ patenā locat. vt ide illā tollēs
ſuꝑ calicē frangat. ad ſignificādū ꝙ nemo
paſſionib⁹ hui⁹ mundi meritorie valet ex
poni. vel etiā ad eterne beatitudinis frui-
tionē admitti. niſi pri⁹ in bonorū operū ꝑ-
fectione fuerit ſolidat⁹. Vn̄ apl̄s ad Eph̄.
vj. Accipite armaturā dei vt poſſitis reſi-
ſtere iu die mala. ⁊ in om̄ib⁹ perfecti ſtare
Adhuc patena hoſtie ſupponiẗ ⁊ ſuꝑ cali
cem frangiẗ. ad ſignificandū ꝙ xp̄s ex la-
titudine charitatis ꝑ patene diſpoſitiōeʒ
ſignificate ſe ſuppoſuit paſſioni. Ruꝛſ⁹ ſu-
per calicē frangiẗ ne minutie ſꝑgant. ſed
in ei⁹ cōcauitate caute recipianẗ. Alicubi
tn̄ ſuꝑ patenā hoſtia frangiẗ vt eē panis
viuus qui de celo deſcēdit fract⁹ ꝓ nobis
in ara crucis rememoreẗ. Alicubi quoq̀
hoſtia comedenda de altari tolliẗ. Nā in
ve. te. ſacerdotes panes ꝓpoſitiōis de al-
tari ablatos comedebāt ꝓut eſt dictū ſub
ti. de oblatiōe ſacerdotis. Tertio vidēdū
ē quare hoſtia frangiẗ. Et quidē q̄ꝛ i lege
videbaẗ ſimilago fruſtatim offerri. Sed
⁊ redemptor nr̄ bn̄dixit panē ⁊ fregit fra-
ctumq̀ diſcipulis diſtribuit. Et iđo ſacer
dos ⁊ legē ⁊ xp̄m ſequēs panē ſacroſcm̄ i
tres ꝑtes ꝑtiẗ. vt in fractiōe panis domi-
nū agnoſcam⁹. ſic̄ ⁊ illi duo diſcipuli dn̄m
cognouerūt ꝗb⁹ ip̄e reſurrectiōis die eūti
bus i emaus apparuit. Dū em̄ ſic̄ ait pro-
ſper hoſtia frāgiẗ. ⁊ ſanguis i ora fideliuʒ
ifundiẗ. imolatio corꝑis xp̄i in cruce ⁊ ef-
fuſio ſanguinis ei⁹ de latere deſignatur.
¶ Quarto quare ꝑ mediū hoſtia frangiẗ
Circa qđ notandū eſt ꝙ in duas medieta
tes frangiẗ iux̄ duplicē p̄deſtinatorū ſta-
tum. ſ. eterne glorie ⁊ tꝑalis miſerie. Iđo
ꝗ̄ vna medietas ſubdiuidiẗ in duas par-
tes. quarū vna ē ꝓ p̄deſtinatꝭ. qui purgā-
tur i purgatorio. alia ꝓ illis qui adhuc vi
uunt in hoc mundo caduco. ꝓut infra di-
ceẗ. ¶ Quito quare ꝑs hoſtie poſt fracti
onem in manu dextra remanēs poti⁹ po-
niẗ ſuꝑ patenā ꝗ̄ que in manu ſiniſtra re-
māſit. Et quidē ꝑs ipſa que in dextra ma
nu remāſit deſignat p̄deſtinatos ꝗ iā ſunt
in gloria ⁊ iam tenēt illā rectitudinem. cui
nulla inrectitudo admiſceri pōt. ⁊ iđo me
rito in ꝑte dextra teneẗ. Altera v̇o ꝑs de-
ſignat illos p̄deſtinatos qui adhuc ſunt i
temꝑali miſeria. vbi multa obliqua ⁊ pau
ca recta iueniunẗ quare merito in ſiniſtra
teneẗ. Illa igiẗ que eſt in dextra cū diui-
denda nō ſit vt iā diceẗ ſuꝑ patenā poniẗ
ꝗ v̇o ē in ſiniſtra cū diuidēda ſit nō depo-
niẗ ſꝫ diuidēda retineẗ. ¶ Sexta q̄re ꝑs ꝗ
in ſiniſtra remāſit iteꝝ ſubdiuidiẗ. Ad qđ
dicendū ē ꝙ illi ꝗ ſunt in gl̄ia vniformem
ſtatū tenēt ⁊ vna btitudine fruunẗ. iō ꝑs
in dextra manu retenta ⁊ ſuꝑ patenā col-
locata. que illos vt p̄miſſum ē ſigt. nō frā
giẗ. ſꝫ illi ꝗ ſunt in tꝑali miſeria in ſtatu et
miſeria ſunt diuiſi. nā ali⁹ eſt ſtat⁹ ⁊ miſe-
ria eorū qui adhuc viuūt in corꝑe. ⁊ ali⁹ ē
eorū ꝗ purganẗ in purgatorio igne. ⁊ iđo
ꝑs que in ſiniſtra teneẗ illos ſignificās ſb
diuidi debet. ¶ Septimo q̄re ꝑticl̄a poſt
ſubdiuiſionē remanēs in ſiniſtra cōiūgiẗ
ꝑti ſuꝑ patenā pri⁹ poſite. Ad qđ dicēdū
ē ꝙ ſꝫ Augꝭ. de⁹ duas hꝫ man⁹ ſcꝫ dextrā
qua miſereẗ ⁊ ſiniſtrā ꝗ punit. Illis ꝗ ſūt
in purgatorio in ꝗ̄tū ibi purganẗ. reſpon
det ſola punitio. ⁊ ideo ꝑticula que in ſini
ſtra teneẗ illos figurat. Hi v̇o ꝗ adhuc ſūt
in p̄nti vita. in ꝗ eſt ſtat⁹ merēdi cōſeq̄ p̄nt
miſcdiam. ⁊ iō ip̄i ꝑ aliā ꝑticulā ꝗ ē in de-
xtra ſignanẗ. Nꝛ ḡ de his ꝗ ſūt i purgato-
rio nullū ē dubiū. ſic̄ nec de illis ꝗ ſunt in
ꝑadiſo. ꝗ̄tū ad futurā gloriā. iō merito ꝑ
ticula que erat in ſiniſtra eos deſignās cō
iūgiẗ ꝑti pri⁹ ſuꝑ patenā poſite. ꝗ illos ꝗ
ſūt in ꝑadiſo deſignat. qm̄ iſti illꝭ indubitā
ter ſūt cōiūgēdi. De h̄ tn̄ aliẗ infra diceẗ.

Sʒ ꝑticula que in dextra remāſit deſigns
eos qui ſunt in ꝑſenti vita. illi ꝑti que ē ſu
pra patenā nō ꝯiungit̄ ſ; in ſanguinē mit-
titur. quia illi adhuc egēt meritis paſſio-
nis xp̄i. que merita ꝓceſſerūt ex effuſione
ſanguinis imaculati. Ex p̄miſſa aūt dua-
rum ꝑtiū ꝯiunctione duo reſultāt quaſi ĩ
modū lune cornua cōnexitatē vtriuſq; te-
ſtamēti in xp̄i paſſione factā deſignantia.
Et illa v̄ſus calicē dirigenda ſunt q̄ſi ſibi
incorꝑent ſanguinē ſine quo corpꝰ nō eſt.
In hac etiā ꝯiunctione rep̄ſentat̄ ꝙ poſt
q̄ʒ aliqui tam p̄ſentibꝰ q̄ʒ futuris p̄ſſuris
purgati fuerint. ipi deo q̄ ē nr̄a beatitudo
ꝑfectiſſima vnione iungent̄ ¶ Octauo q̄-
re p̄miſſe due ꝑtes extra calicē ſupra pate
nam reſeruant̄ Sup quo aiūt quidam. ꝙ
tres ꝑtes hoſtie tres ſtatus bonorū̄ figu-
rant. ſ. qui ſunt in celo. qui in purgatorio.
⁊ q̄ in mūdo verſant̄. vt iaʒ dicet̄. Per ca
licē aūt ſ̄m aliquē reſpectū ipſa et̄na frui-
tio vt p̄miſſum ē. Quia ḡ tam illi q̄ v̄ſant̄
in hoc ſeculo q̄ʒ illi q̄ ſunt in purgatorio n̄
dum ad illā fruitionē admiſſi ſunt. ido ipe
due partes extra calicē reſ̄uant̄ donec ſu
mant̄. Sʒ hec ratio nō ꝯcordat ꝑ om̄ia cū
p̄miſſis. ⁊ ideo alia ratio inferiꝰ aſſignat̄.
Pōt etiā dici ꝙ due hoſtie ꝑtes ideo ſuꝑ
patenā ponunt̄. q̄m ſi om̄es ꝑtes ſuꝑ os
calicis cū ambabꝰ manibꝰ tenerent̄ mul-
ta quidē ꝑicula ꝯtingere poſſent. de facili
eī̄ poſſet errore ꝑs nō mittēda in calicem
mitti. Vel propter manuum tremorē oēs
ꝑtes poſſent in calicem cadere. Sacerdos
etiā taliter impeditꝰ nō poſſet q̄ incūbūt li
bere expedire ⁊ ſīl̄ia. Alij tn̄ oēs partes ſu
pra os calicis tenent. ne forte ꝓpt̄ illaruʒ
deportationē ſeu tranſlationem aliq̄ inde
particula cadat aut remaneat in patena.
de q̄ etiā ſub ti. de cōicatiōe ſacerdotꝫ dice
tur. ¶ Nono q̄re particulā q̄ remāſit ĩ de
xtra ſacerdos ſupra os calicis tenet. Ad
qd̄ dicendū ē. ꝙ ꝑticula ipa vt p̄miſſum ē
rep̄ntat illos q̄ adhuc in corꝑe viuentes ĩ
digent miſc̄dia dei ſiue p̄dictis meritꝫ paſ
ſionis xp̄i ex ſanguinis eiꝰ effuſione ꝓce-
dentibꝰ. Tenet̄ ḡ ipa ꝑticula ſupra os ca
licis reſpectu directo ad ſanguinē vt det̄
intelligi intentio necnō expectatio ⁊ cōſi-
deratio viuentiū quo ad merita ⁊ paſſio-
nem xp̄i. Et tenet̄ cū pollice ꝑ quē vigor
v̄tuꝫ. ⁊ cū indice. ꝑ quem mentꝫ diſcretio
ſignificat̄. ad oſtendendū ꝙ cū fidei vigo
re ⁊ mentis diſcretiōe h̄ ꝯſiderāda ⁊ expe
ctanda ſunt. Vel cū duobꝰ digitꝫ tenet̄ ad
deſignādū duplicem naturā q̄ fuit in cor-
pore xp̄i. diuinitatem. ſ. ⁊ hūanitatem Et
ꝯiungit̄ ſanguini. ad oñdendū ꝙ q̄ digne
⁊ cū fide. merita ⁊ paſſionem xp̄i ꝯſiderāt
⁊ expectāt. eius paſſiōe ⁊ meritꝫ iuuantur
¶ Decimo q̄re ſacerdos dicturꝰ Per oīa
ſecula ſeculorū ſe erigit. Et eſt dicendū ꝙ
cū ipe petere velit ꝑpetuā exn̄tiam dn̄i no
biſcū. ⁊ om̄e datū optimū ⁊ om̄e donuʒ ꝑ
fectū deſurſum ſit. merito ad deuʒ ſe tunc
corpore ⁊ mente erigit ſperās ſe acceptuꝝ
qd̄ petit. ¶ Undecio q̄re v̄ba ipa ꝓferenſ
vocem ſuā exaltat. ⁊ parū calicem eleuat.
Super q̄ dicenduʒ eſt ꝙ ſacerdos xp̄i vi-
carius hoſtia vt p̄miſſū eſt fracta mox pa
cem annūciaturꝰ vocem exaltat vt ꝓplus
pacem deſiderās h̄ intelligens dicat amē.
⁊ calicem parū ab altari eleuādo: oñdit ꝙ
xp̄s q̄ per paſſionem q̄ per caliceʒ deſigna
tur deſcenderat. eleuatꝰ per reſurrectiōeʒ
a mortuis. pacem poſtmodū diſciplꝫis ti-
mentibꝰ nūciauit dicens eis. pax vobis.
Pōt etiā dici ꝙ quemadmodū p̄miſſū eſt
particula q̄ ſuper os calicꝫ tenet̄ rep̄ntat vi
uentes credentes ⁊ expectātes iuuari me-
ritis paſſiōis ⁊ effuſionis ſanguis xp̄i Sʒ
niſi credamꝰ duo. p̄mo. ſ. xp̄m verū fuiſſe
deū. ⁊ ſanguinem ⁊ corpꝰ nūq̄ʒ fuiſſe a di-
uinitate ſeparata. ſc̄do xp̄m veꝝ fuiſſe ho
minem. ⁊ corpꝰ verū ⁊ ſanguinem veꝝ ha
buiſſe. dicta nō ꝯſeq̄mur. Propt̄ h̄ ḡ cali-
cem ⁊ dictā particulā parū ſimꝉ eleuat vt
oñdat ꝙ firmit̄ credimꝰ p̄mū. ⁊ eā ſtati de
ponit vt oñdat ꝙ etiā eodem mō credimꝰ
ſc̄dm. ¶ Duodecimo q̄re dicta eleuatio ⁊
depoſitio fit cū vtraq; manu ⁊ nō cū alte-
ra tm̄. Ad qd̄ eſt dd̄m. ꝙ h̄ fit vt per h̄ det̄
intelligi ꝙ ſic̄ p̄miſſa duo credit itellectu.
ita amat ⁊ appetit affectu ⁊ toto conatu Fit
etiā h̄ vt ſecuriꝰ ⁊ decentiꝰ fiat. ¶ Tertio-
decimo. q̄re mox dic̄ altiori voce Pax do
mini ⁊c̄. Et q̄d ē q2 nō ſolū per ſigna verū
etiā per v̄ba reſurrectiōis ē gaudiū expri
mendū. iō ſacerdos per leticiā de reſurre-
ctione habitā ꝓcedēs ſtatim depoſito ca-
lice altiori voce dic̄. pax dn̄i ſit ſemper vo
biſcū rep̄ntans ꝙ vna ſabbatorum ieſus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſtꝙ̄ ſurrexit a mortuis ſtans in medio
diſcipulorū dixit eis. pax vob̄. ⁊ iterū pax
vobis. Joh̄.xx.q.d. Do vob̄ pacē pecto-
ris in via. ⁊ pacē eternitatis in pr̄ia. Idē
ꝗ̄ innuit ſacerdos dicens. Pax dn̄i.i.pax
pectoris ſit ſemꝑ vobiſcū hic i pn̄ti. ⁊ pax
eternitatis in futuro. Hec q̄dē pax ē illa q̄
tunc iuſt̄ data ē. qn̄ aīa xp̄i deſcēdēs in in
fernū. ide oīes fideles eduxit. abſtergēs
oēm lachrymā ab oculis eorū vt ampli-
us nō ſit eis dolor ſed pax q̄ cū eo viuant
in eternū. vl' illa que eſt data corpi chriſti
qn̄ aīa eius ad corpꝰ rediit. vt ſic nūꝙ̄ aīa
turbata eſt ꝓ corpis morte. ita nec ipſum
corpꝰ vlteriꝰ de ſua mutatione turbet̄ ſed
vtraqꝫ pace fruat̄. ⁊ ſemꝑ de eterna beati
tudine letet̄. ¶ Decimoq̄rto q̄re dicendo
pax dn̄i ⁊c̄. ter facit ſignū crucis ſupra ſan
guinē cū dicta hoſtie ꝑticula. Ad qd̄ dicē
dum ē ꝙ tres cruces ſignificāt triduum. q̄
chriſtus fuit in ſepulcro. Uel ꝙ tres mu/
lieres querebant xp̄m crucifixum ad oſti/
um monumēti. Un̄ illud. Quid q̄ritis vi-
uentem cū mortuis. ¶ Quintodecimo. q̄-
re dicto pax dn̄i ⁊c̄. chorꝰ rn̄det. ⁊ cū ſpiri
tu tuo. Et quidē h̄ dicēdo optat pacē ipſi
ſacerdoti. ⁊ petit etiā pacē ſibi dari ⁊ vt di
gnus ſit illā recipe. ꝑdicit ter. Agnus dei
Uerūtn̄ pape celebrāti in eccl'a ſancte ma-
rie maioris in vrbe ⁊ dicēti. pax dn̄i. nil re
ſpondet̄: ꝑut in. vj. ꝑte ſub ti. de paſca di
cet̄. ¶ Decimoſexto q̄re dicta hoſtie ꝑti/
cula imittit̄ in ſanguinē. Nēpe ſit hec cō/
mixtio. p̄mo ad notādū ꝙ xp̄i corpꝰ nō fu
it ſine ſanguine nec ſanguis ſine corpe. Se
cundo ad deſignādū ꝙ vnū ſacrm̄ cōficit̄
ex ſpeciebꝰ panis ⁊ vini. Tertio corpis et
ſanguinis poſt trinū cruc̄ ſignū cōmixtio
eſt aīe ad corpꝰ reditio. Omibꝰ em̄ in celo
⁊ in terra pacificatis. ꝟtus trinitatis ani-
mam crucifixi reduxit ad carnē ne derelin
queret aīam eiꝰ in inferno. nec daret carnē
eiꝰ videre corruptionē. Iux qd̄ ip̄e dic̄ in
ps̄. Ego dormiui ⁊ ſomnū cepi ⁊ exurrexi
qꝛ dn̄s ſuſcepit me. Significat ꝗ̄ vnitatē
aīe ⁊ carnis. qua i reſurrectiōe xp̄i denuo
ſunt vnite. Nā vt p̄miſſum ē panis ad car
nē ⁊ vinū refert̄ ad ſanguinē. qꝛ ſm̄ ph̄m
in ſanguine ē ſedes aīe. De h̄ etiā ſub ti. d̄
oblatiōe dictū ē. ¶ Decimoſeptio qn̄ im-
miſſio ip̄a ſit faciēda. Et q̄dē aliq̄ ifundūt

ꝑticulā ip̄am in calicē p̄uſꝙ̄ dicūt. pax do
mini ⁊c̄. qm̄ manifeſtū ē pacē datā eē hoi
bus bone voluntatis ꝑ reſurrectionē quā
ꝟba ipſa ſignificāt. Alij ꝟo dicto pax dn̄i
⁊c̄. ⁊ dicto etiā priꝰ agnꝰ dei ⁊c̄. Demum
imittunt ip̄am in ſanguinē vt eorū or̄o ef-
ficatior ſit. ꝓ eo ꝙ tenētes eam in manibꝰ.
dum dicūt. Agnꝰ dei oculo corꝑali ⁊ men
tali. reuerēter intuent̄. Tertij eā imittunt
dum dicūt. Dona nobis pacē. Cum enim
ter dicat̄. agnꝰ dei ⁊ in p̄mis duabꝰ vicibꝰ
dicat̄ miſerere nobis. in p̄mo em̄ dicit̄ mi
ſerere nobis q̄ṫtū ad aīam que maxime fū
dat̄ in ſanguine. i ſcd̄o q̄ṫtū ad carnē. pꝫ ꝙ
iſta duplex or̄o diuiſim d̄r ⁊ ideo illa ps ho
ſtie ꝑ quā caro ſignificat̄. ⁊ ſanguis ꝑ q̄m
aīa intelligit̄. nō debēt cōiungi dū ill' dua
bus vicibꝰ dicit̄ agnꝰ dei. ſꝫ ſolū in fine ter
tij agnꝰ dei. vbi petit̄ pax ſm̄ vtrūqꝫ. ſcilꝫ
ſm̄ corpus ⁊ ſm̄ aīam. Ip̄e em̄ lauit nos
a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Quar-
ti rectius ⁊ vſitatiꝰ agunt. qm̄ dicto. pax
dn̄i ⁊c̄. p̄uſꝙ̄ dicūt agnꝰ dei. ⁊c̄. imittunt.
Certū em̄ eſt ꝙ agnꝰ dei poſt ſalutationē
rep̄n̄tat illud qd̄ dn̄s fecit poſtꝙ̄ diſcipu-
los viſitauit. qn̄ vicꝫ dedit eis ꝑtātem di-
mittēdi pctā. ⁊ ideo ſacerdos illud repre/
ſentans poſt imiſſionē ꝑticule hoſtie i ſan
guinē dicit. agnus dei q̄ tollis pctā mun/
di miſerere nobis. ad deſignādū ꝙ ſic ip̄e
corpꝰ ſanguini cōiungit. ita nos cōiūctos
eidē ſanguini ſeu meritis ex eiꝰ effuſiōe ꝑ-
cedētibus ex ſua bonitate a peccatis emū
det. Et imittēdo dicit ꝟba illa. Fiat cōmi
xtio corporis ⁊c̄. que ꝟba referēda ſūt ad
ſp̄es panis ⁊ vini. q̄bus xp̄i corpꝰ et ſan/
guis cōtinet̄. Dicit aūt agnꝰ dei calice iaꝫ
coopto. ad notandū ꝙ xp̄s in domo oſtijſ
clauſis dedit apl'is ꝑtātem ip̄am dimittē/
di pctā. ¶ Decimooctauo q̄re fiūt tres ꝑ/
tes. Ad qd̄ dicēdū ē ꝙ frāgit̄ in tres ꝑtes
Primo in mēoriā trinitatis. Scd̄o i mēo
riā triplicis ſtatꝰ xp̄i. Primꝰ fuit cū hoibꝰ
manēs. Scd̄s fuit mortuꝰ in ſepulcro ia/
cens. Tertius ē imortalis in celo exiſtens
Tertio ꝟo in memoriā ⁊ ſignū ꝙ xp̄s paſ
ſus fuit in triplici ꝑte ſui. ſcꝫ i pedibus in
manibꝰ ⁊ in latere. Quarto i ſignū ꝙ tres
ſunt ꝑtes myſtici corpis. Prima ē in celo
ſiue in pr̄ia. ſ. eccl'ia triūphās. Scd̄a ē i ter
ra ſcꝫ eccl'ia militās. Tertia ē in purgato/

rio. ⁊ hec dicit̃ purgãs. Quinto in typuʒ
trium ꝑsonaꝝ euntiũ in emaus ſcʒ chriſti
⁊ cleophe vt quidã dicũt luce. ¶ Decimo
nono quid ptes ipe ſignificẽt. vidẽdũ re/
ſtat. Et pmo quidẽ ſm Gelaſiũ papã ps
in calice poſita ſigt corp᷒ xp̃i qd̃ de v̾gine
traxit. ps ſicca cõmeſta ſigt om̃es fideles
ps reſ̾uata vſqꝫ in finẽ miſſe ſm antiquũ
eccl̃ie rhomane morẽ ꝓ miniſtris vel in/
firmis ſigt om̃es mortuos. Scd̃o mõ ps i
calice poſita ſigt eccl̃iam militantẽ. ps co=
meſta triũphantẽ. ps reſ̾uata eos q̃ ſunt
in purgatorio. Tertio ſergi᷒ papa ita dic.
Triforme ẽ corpus dñi. ps oblate in cali=
ce miſſa corp᷒ xp̃i qd̃ iã ꝛſurrexit mõſtrat
ps a ſacerdote comeſta ambulans adhuc
ſup terrã. ps in altari vſqꝫ ad miſſe finem
remanẽs corp᷒ xp̃i. l᷑ʒ alios corp᷒ fideliũ
latẽs i ſepulcro. Hec ps remãet i altari vſ
qꝫ ad finẽ miſſe. qꝛ vſqꝫ i finẽ ſecl̃i corpa ſcõ
rũ in ſepulcris erũt. Sed ꝙ ps vſqꝫ in finẽ
miſſe reſ̾uet̃ nõ eſt in vſu. Quarto etiam
mõ põt h̾ myſteriũ explicari. Eſt em̃ cor/
pus xp̃i vniũſalis eccl̃ia. ſ. caput cũ mem=
bris. iux̃ illud apl̃i. Unus panis ⁊ vnum
corp᷒ multi ſum᷒. Et iueniunt̃ in iſto cor=
pore quaſi tres ptes ex q̃bus totũ corpus
cõſiſtit. Una ps eſt ipm caput. vicʒ xp̃us
qui caput eſt ⁊ ps corpis. Altera ps ſunt
illi quorũ corpa requieſcũt in tumulis. et
anime q̃ regnãt cũ xp̃o ⁊ ſunt q̃ſi ſimul iun=
cte he due ptes caput. ſ. ⁊ hec corpis alte=
ra ſicut ſcriptũ ẽ. vbicũqꝫ fuerit corp᷒ illic
cõgregabunt̃ ⁊ aquile. ꝓpterea in altari
ſeu ſup patenã due ptes ꝯiuncte extra ca
licem reſ̾uant̃. quaſi extra paſſionẽ que p
calicē deſignat̃. Chriſt᷒ em̃ reſurgens a
mortuis iã nõ morit̃. mors illi vltra nõ do
minabit̃. ⁊ qui cũ ipſo ſunt ſancti nõ eſu/
rient neqꝫ ſitient ampli᷒. ⁊ nõ cadet ſuper
illos ſol neqꝫ vllus eſtus q̃m priora tranſi
erunt. Tertia ps in calice ponit̃ ſignificãſ
ſanctos qui adhuc in mũdo viuũt. paſſio
neſqꝫ paſſuri ſunt donec de hac vita mi/
grantes ad caput ſuũ trãſeãt. vbi nec mo=
riant̃ amplius nec vlla ten᷒ patiant̃. Uñ
v̾ſus. Tres ptes facte de xp̃i corpe ſignt
Prima ſuã carnẽ ſanctoſqꝫ ſcd̃a ſepultos
Tertia viuẽtes. hecqꝫ eſt in ſanguine tincta
Martyrij calicẽ. guſtant in carne fideles
Quito modo ſm mgr̃m Guill̃. antiſiodo=
ren. ps que i ſanguinẽ mittit̃ ſignificat vi=
uos. vna aliarũ eos q̃ ſunt in purgatorio
alia v̾o illos qui ſunt in padiſo. Orat em̃
eccl̃ia ꝓ viuis vt in bono ꝯſ̾uent̃. ꝓ eis q̃
ſunt in purgatorio vt citi᷒ liberent̃ ⁊ pur=
gent̃. ꝓ eis qui ſunt in celo vt orẽt ꝓ nob.
Sexto etiam modo ſm Aug. ps in calice
mittit̃ vel ponit̃ ꝓ nõ ſanctis viuẽtibus.
qui voluunt̃ in ſanguine ⁊ in peccatꝭ Alie
v̾o due ꝓ mortuis offerunt̃. vna ꝓ ſanctꝭ
qui iam ſunt in requie ⁊ illa eſt gratiarum
actio. quia nihil reſtat in eis purgandum
Altera ꝓ illis animab᷒. que licet ſaluanđ
ſint tñ adhuc ſunt in penis. ⁊ ideo ps illa
dicit̃ oblatio. Sane pticula hoſtie in cali=
cem dimiſſa ſtatim calix cũ palla corpora
li coopit̃. quia xp̃i corp᷒ d̾ cruce depoſitũ
latuit in ſepulcro ſindone inuolutũ. q̃ per
ipam pallã ſignificat̃ ¶ Uiceſimo loco vi
dendũ eũ quare nũc ſolẽnis bñdictio dat̃
Et quidẽ hoc loco ſcʒ añ pacẽ ſolẽnis epi=
ſcopalis bñdictio dat̃ ad notandũ ꝙ pa/
cem nullaten᷒ hr̃e poſſumus. niſi dñs no=
ſter ieſus xp̃s p̾ueniat nos in bñdictioni=
bus dulcedinis q̃ ſunt bñdictiones gr̃e ip
ſius. quia ſm ps̃. Dñi eſt ſalus ⁊ ſup po=
pulum ſuũ bñdictio ſua. Dum aũt epiſco
pus ſe ad ꝑplm bñdicẽdũ cõuertit ꝑplus re
uerent̃ genũflectit. q̃i ipo facto dicat. Be
nedicat nos de᷒ deus noſter bñdicat nos
deus ⁊ me. eũ o. fi. ter. Nam ipe dñs ẽ qui
ad illi᷒ inuocationẽ bñdicit. Uñ ps̃. Bñ=
dixit filijs tuis in te. Et licet hic ſolẽniter
bñdicat̃. nihilomin᷒ q̃dẽ in fine miſſe iteꝝ
ſolẽniter bñdicũt. de qua bñdictiõe ibi di
cet̃. Tum qꝛ poſtq̃ʒ dñs ſalutauit apoſto=
los iterũ dixit eis. pax vobis vt iam dcm̃
ẽ. ⁊ dicet̃ ſub ti. de pacꝭ oſculo. Tũ quia ſi
cut nõ poſſum᷒ bñ incipe vel pacẽ acqui=
rere niſi diuine bñdictionis gr̃a p̾ueniat.
ita nec in bono ꝑficere nec in pace finalit̃
ꝑſeuerare. niſi bñdictionis ſue gr̃a ſubſe=
quatur. In miſſa v̾o ꝓ defunctꝭ pontifex
ſolenniter nõ bñdicit. Tũ quia in illa oẽs
ſolennitates ceſſant. Tum quia hec ſolen
nis bñdictio fit nõ ſolũ ꝓ venialiũ deletio
ne. verũetiã ꝓ populi excitatione vt i do=
mini adiutorio cõfidat. ⁊ bñdictũ in ſecu=
la cõfiteat̃. At defuncti velut abſentes ex
citari nequnt. licet poſſint nr̃is ſuffragijs
adiuuari. Tum quia gaudiũ nõ debet lu=

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etui admiſceri. Illud aũt notanduꝫ ē ꝙ ꝑ
mortē ⁊ in morte dñi fidelis aīa bñdictio=
nem ꝑcepit. Vñ circa mortis officiuꝫ rite
diaconus ad eam humiliari inuitat dicēs
Humiliate vos ad bñdictionē. ⁊ ſtati pō=
tifex bñdicit. Quidā aſſerũt hoc officium
nō eē de ſeptē officijs miſſe. eo ꝙ has bñ/
dictiones rhomana nō inuenit eccl'ia vnd
nec vtiẜ eis. ⁊ idō nō hic ẜ in fine miſſe bñ
dicit. Sꝫ quicũqꝫ inuenerit recte in h loco
ponunẜ. vbi xp̄s ad inferos deſcēdiſſe re
p̄ſentaẜ. ſ. pxio añ reſurrectionē. cũ edu=
ctis de carcere eternā tribuit bñdictionē.
Has bñdictiōes p̄figurauit iacob q̄ filijs
ſuis. ⁊ moyſes qui filijs iſrael. ⁊ xp̄s q̄ di=
ſcipulis moriēs bñdixit.

De agnus dei.

Q Via ieſus ſta

tim vt ſalutauit ap'los vt iaꝫ p̄=
miſſum eſt dedit eis ptātem re=
mittēdi peccata dicēs. Quoꝝ remiſeritis
pctā remittunẜ eis. ⁊ quorũ retinuerit re
tenta ſunt. Idcirco chorus clamat ad de=
um ⁊ poſtulat. Agnus dei qui tollis pctā
mũdi miſerere nobis. Siquidē iohannes
vidēs ieſum ambulantē dixit. Ecce agn⁹
dei ecce q̄ tollit peccata mũdi. Quare aũt
eum vocauerit agnũ. determinat ſubdēs.
q̄ tollit. i. qui venit vt tolleret peccata mũ
di. qꝛ ꝓ peccatis tollēdis paſca nr̄m imo=
latus ē xp̄s. Nempe in ve. te. offerebatur
agnus ꝓ peccatis ṗpl'i. ⁊ in no. te. xp̄s ob=
tulit ſeip̄m deo pr̄i. vt humanũ gen⁹ libe=
raret. ⁊ lauaret a peccatis in ſanguine ſuo
Merito ergo. dũ corp⁹ ⁊ ſanguis dñi ſu=
miẜ. agnus dei cantaẜ. vt oēs credam⁹ qꝛ
ipſius agni corpus ⁊ ſanguis tunc ſumiẜ
qui peccata moriēdo tulit. ⁊ vitā eternam
nobis reſurgendo donauit ieſus xp̄s dñs
noſter. ⁊ vt orem⁹ ip̄m nunqꝫ deſiſtere mi
ſereri nobis. qui in paſſiōe miſertus ē nr̄i.
Agnus aũt grece dr̄ ab agnon qd̄ ē pium
qꝛ ipſe verus agn⁹ ſola pietate ſua ſe ob/
tulit hoſtiā ꝓ nobis ⁊ nos redemit. Diciẜ
etiā agnus ab innocētia. quia agn⁹ nec ho
minib⁹ nec beſtijs nocet. In p̄miſſis g̃ v=
bis agnus dei qui tollis peccata mũdi mi
ſerere nobis ē quedā dep̄catio. vt vicꝫ in=
nocentis agni miſcdia pctā irruētia ⁊ ſubi
tanea auferanẜ. Tertio modo diciẜ agn⁹
ab agnoſcēdo. qm̄ i magno grege ſolo ba=
latu matrē agnoſcit ſic ⁊ xp̄s in ara cruci
donans nobis pacē prius agnouit noſ cu
ra vt iam dictũ eſt. Agnouit etiā p̄reꝫ obe
dientia. iux̄ illud apl'i ad Phil'. ij. Factus
eſt obediēs vſqꝫ ad mortem. Agnouit eti
am matrē cura quaꝫ de ea habuit. Vnde
Ioh. xix. Ecce mater tua. Ob hoc g̃ in al
taris imolatiōe diciẜ ter agnus dei. q. d.
Agne qui agnouiſti p̄rem miſerere nobis
Agne qui agnouiſti m̄rem miſerere nob.
Pie qui redemiſti mōm ⁊ qui obtuliſti te
ꝓ nobis dona nobis pacem. Vel ideo ter
diciẜ. vt triforme corp⁹ dñi intelligaẜ vi/
delicet ambulans in terra. quieſcens in ſe
pulcro ⁊ reſidēs in celo. Pōt etiaꝫ dici ꝙ
xp̄s ad tria venit Primo vt nos liberaret
a miſeria culpe. Scd̄o vt nos redimeret a
malo pene. Tertio vt nob̄ daret de pleni=
tudine gr̄e ſue. Qtũ ad duo p̄ma bis dici
tur miſerere nobis. Qtũ ad tertiũ dr̄ do=
na nobis pacē. que petitio pacis ſequitur
ſtatim poſtqꝫ agn⁹ dei dictũ ē ter. ad notā
dum ꝙ ex beniuolētia trinitat agnus miſ
ſus ē. Vñ Eſa. Emitte agnũ dñe. ⁊c̄. Nā
ſicut in Apoc̄. legiẜ. Chriſt⁹ ē agn⁹ q̄ occi
ſus eſt ab origine mũdi. Et attēde quia q̄=
dam ſacerdotes dicũt. Agn⁹ dei manib⁹
ſuꝑ altare depoſitis. oſtēdētes in hoc. ꝙ
ad ea que ꝓferũt tota mēte intendũt. intē
tio em̄ ꝓprie ꝑ linguā exp̄miẜ. nō per ma=
nus. idoqꝫ loquēte lingua man⁹ quieſcũt.
ꝙqꝫ ip̄am miſcdiam ⁊ pacē celeſtē pro ſe
⁊ ṗpl'o petunt nō aũt terrenā. que in manu
um depoſitiōe ſignificaẜ. Alij vo ſtāt ma
nibus iunctis. parum ſuꝑ altare inclinati
oſtēdentes in inclinatiōe humilitatē. q̄ in
oratiōe neceſſaria eſt. ⁊ in manuũ cōiũcti/
one vnicā ⁊ nō variā intentionē. Por/
ro ẜm antiquā ꝯſuetudinē ſcole cantoruꝫ
in eccl'ia romana. quā adhuc ip̄a ſcola ob
ẜuat nullaten⁹ variaẜ ſed trib⁹ vicib⁹ vni
formiter diciẜ xp̄e miſerere nobiſ propter
tria genera peccatorũ. que petim⁹ remitti
cogitationis in corde. locutionis in ore. et
actiōis in ope. Vel in honorē trinitat. vl'
ꝓpter tres ordines fideliũ in eccl'ia. q̄ ſunt
noe. daniel. ⁊ iob: quos ezechiel vidit in
viſione ſaluādos. Poſtmodũ aũt multis
ac varijs aduerſitatib⁹ eccl'ie ingruentib⁹
cepit ad dñm de tribulatiōe clamare. Po

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

na nobis pacē. Et vt clamoꝛ eiꝰ faciliꝰ au=
diat̄. ideo in ipſa imolatiōis hoꝛa clamat
Et hec varietas nō diſcrepat a cōſuetudi
ne veteri teſta. vbi cū ſcd̄o repetit̄. Par/
ce dn̄e pce ꝑp̄lo tuo. tertio variat̄. ⁊ ne des
hereditatē tuā in obpꝛobꝛiū. Dicimꝰ ḡmi
ſerere nobis q̄tū ad aiam. Itē miſere q̄=
tum ad carnē. ⁊ dona nobis pacē q̄tū ad
vtrūq̄. vt habeamꝰ pacē pectoꝛis ſpiritu
alem. ⁊ pacē coꝛpis tp̄alē. Eſt em̄ pax pec
catoꝛū. pax iuſtoꝛū. pax tp̄is. ⁊ pax eter/
nitatis. Vn̄ ⁊ ter oꝛat̄ in miſſa ꝓ pace. de
quo dictū ē ſub q̄rta ꝑticula canonis. ſuꝑ
v̄bo. Dieſq̄ nr̄os. Et q2 deꝰ nō dat pacē
niſi illis quoꝛū miſeret̄ idō vltimo dr̄ do=
na nobis pacē. Eccl'ia nāq̄ lateran̄. nūq̄
dicit Dona nobis pacē. ſicut ⁊ ſcola cāto=
rū. ſequēs vt p̄miſſum ē moꝛē antiquum.
Vn̄ nec valet nec v̄a ē rō dicentiū ꝙ in ec
cleſia lateran̄. ideo nō dr̄ Dona nob̄ pacē
q2 oēs alie eccleſie ab illa q̄ p̄mo fuiſſe con
ſecrata dicit̄ ſumere debēt pacē. n̄ ip̄a ab
alijs. In feria quinta cene dn̄i. Agnꝰ dei
ter dicit̄ cū miſerere nob̄ vt ibi dicet̄ Rur
ſus in miſſa ꝓ defunctis dr̄ bis. Agnꝰ dei
cum dona eis requiē. tertio addit̄ ſempit̄
nam. nec dicit̄ dona nob̄ pacē. q2 tūc imi/
tamur exequias ſaluatoꝛis. Vltimo ergo
agnꝰ dei tm̄ adiungit̄ ſempiternā. Sup q̄
notandū ē. ꝙ ꝓ fidelibꝰ defunctis triplex
requies debet optari. Pꝛimo vt auferat̄
ab eis pena. in qua eſt eis laboꝛ nō reqes.
Scd̄o vt eis gloꝛia aie cōferat̄ q2 tūc ve=
raciter requieſcēt in bono deſiderato. ſ. in
ip̄ſo deo. Tertio vt dotent̄ gloꝛia coꝛpoꝛi
ne illud vlteriꝰ miſerijs exponat̄. Pꝛima
nō ē reqes ſempiterna q2 pena ſublata ad
huc deſiderāt gloꝛiā. Scd̄a etiā nō ē tota/
liter reqes ſempiterna. q2 ſm̄ Aug. an̄ re
ſurrectionem coꝛpoꝝ ſemꝑ ineſt animabꝰ
quidā naturalis appetitꝰ reſumēdi coꝛpo=
ra quo aliqualiter retardant̄ ne totaliter
ferant̄ in deū. Sed tertia reqes cū pꝛemiſ
ſis eſt vere requies ſempiterna. q2 aie que
deū p̄ſentialit̄ vidēt. reſumptis coꝛpibus
in ip̄a vlteriꝰ ⁊ eternaliter ⁊ ꝑfectiſſime re
quieſcēt. ideoq̄ ſolū in tertia vice ⁊ nō in
duabꝰ p̄cedentibꝰ cōgruit dicere requiez
ſempiternā. Sergiꝰ papa p̄mꝰ conſtituit.
Agnꝰ dei intra cōionē ter a clero ⁊ popu/
lo decantari.

De pacis oſculo.

Poſtquā domi
nus ſalutauit ap̄los. vt p̄miſſū
eſt. iterum dixit eis. pax vobis
oſtendēs ꝙ nō ſolum debemus pacez ha=
bere in oꝛe. verūetiā in pectoꝛe. ne ſimꝰ ex
illis qui loquunt̄ pacē cuz ꝓximo ſuo ma
la aūt in coꝛdibꝰ eoꝛū. Ideoq̄ cū h̄ dixiſ/
ſet ap̄lis inſufflauit in illos ⁊ dixit. Acci/
pite ſpm̄ſanctū. ad quod vtiq̄ deſignan/
dū ſacerdos facta cōmixtiōe. ⁊ finita oꝛa/
tione accipit in quibuſdā eccleſijs pacem
ab euchariſtia ſiue ab ip̄ſo coꝛpe dn̄i. vel
ſm̄ alios ab ip̄ſo ſepulcro. id eſt. calice. vl'
altari. ⁊ mox p̄bet oꝛis oſculum miniſtro
ſcz diacono. Qui ab ip̄o coꝛpe accipiunt
hoc faciunt in ſignum ꝙ pax ſpiritualis a
xp̄o data eſt humano generi. Alij etiā idē
ſignant. Diaconus vero dat pacem alijs
⁊ alij inter ſe. in ſignum ꝙ om̄es debēt pa
cem habere pꝛeſertim filij eccleſie. Ip̄e ve
ro diaconus pacem a ſacerdote accipiens
reuerenter inclinat ⁊ pectus oſculatur ip=
ſius ſm̄ moꝛem quarundam eccleſiarum
⁊ planetam extendit. vt per pacis oſculū
⁊ ꝑ planete extenſionē charitas extenden
da monſtret̄ quā ꝑ planetam in ꝑte tertia
diximus deſignari. Quia ergo charitas
dei diffundit̄ in coꝛdibꝰ nr̄is ꝑ ſpm̄ſcm̄ q̄
datus eſt nobis. ideoq̄ pacis oſculuz per
vniūſos fideles in eccleſia diffundit̄. Nā
⁊ ap̄ls ammonet dicēs. Salutate vos in/
uicem in oſculo ſcō. Rurſus ꝙ ſacerdos
pacem ꝑp̄lo tribuit p̄figuratū fuit a ioſue.
qui hoſtibꝰ ſuꝑatꝪ terrā obtinuit quā ſoꝛ=
te diuiſit. ⁊ in pace poſſedit. ⁊ chꝛiſtus re=
ſurgens diabolo ſuꝑato pacē ⁊ dona de/
dit hoibus. Pontifex v̄o p̄mo dat pa=
cem miniſtro qui pꝛius erat a ſiniſtris. ſꝫ
pacē recepturus accedit ad dextraz eius.
ꝑ quem ſignat̄ ꝑp̄ls gentilis qui p̄mꝰ in pa
ce tranſiuit de ſiniſtra infidelitatis ad de/
xtram fidei ⁊ eternitatis. Et ꝑ hūc pax ad
ꝑp̄lm deſcendit. Ceterū in p̄mitiua eccle
ſia om̄es qui celebꝛationi miſſarū intere/
rant ſingulis diebus cōicare ſolebant. eo
ꝙ ap̄li om̄es de calice biberunt dn̄o dicen
te. Bibite ex hoc oēs. Offerebāt em̄ ma/
gnum panē ⁊ om̄ibꝰ ſufficientem. Q̄ ad
huc greci ſuare dicūt̄. Sꝫ excreſcēte fide=

lium multitudine tradit̃ inſtitutum. vt tã
tũ diebus cõicarent. De quo dictũ eſt ſub
vij. ꝑticula canonis ſup ꝟbo. Hec quoti-
enſcũꝗ. Poſtmodũ aũt q꞉ nec digne hoc
potuit obſuari. tertia ſecuta eſt inſtitutio
vt ter ſaltem in anno q̃libꝫ xpianꝰ acciperet
euchariſtiã vel hodie ad minus in paſca.
hoc inuẽto remedio vt vicꝫ ꝓ eo ꝙ ſingu
lis diebꝰ cõicabat̃. ſingulis diebus pacis
oſculũ daret̃ ꝓ myſterio vnitatis. Quod
ſacerdos dans miniſtro dic̃ in q̃buſdã lo-
cis. Sumite vinculũ pacis ⁊ dilectionis.
vt apti ſitis ſacroſanctis myſteriis. Qua-
ſi dicat. Sumite ex hoc oẽs ⁊ diuidite int̃
vos. Et ꝓ cõmunione que ſingulis diebꝰ
dñicis fieri ſolebat: daret̃ in diebꝰ dñicis
panis bñdictꝰ ſancte cõmunionis vicariꝰ
qui ⁊ eulogia dr̃. Sed ⁊ loco quotidiane
cõionis in quadrageſima dr̃ in fine miſſe
oro ſup ꝑplm cum ꝑdicit̃. Humiliate capi
ta vr̃a deo. ¶ Sane ꝑplus in miſſa ſe oſcu-
lat̃. Primo quia cum ſicut p̃miſſum ẽ per
imolationem hoſtie ſalutaris dimiſſis pec-
catis recõciliemur altiſſimo recte pacis oſcu-
lo dari decreuit eccleſia. cũ ꝓ pctis imola
tur hoſtia ſalutaris. Hoies igit̃ oſculum
id ẽ. pacis ſignũ ſibi inuicẽ dant vt oſten-
dant ſe ꝯiunctos eẽ in corpe xpi. ꝑ quem
pax facta eſt in celo ⁊ in terra. Scđo inno
centius p̃mus qui oſculũ in eccl'ia dari de
creuit. qđ etiã leo ſcđus p̃mo ſtatuerat ita
dicit. Pacem aſſeritis añ cõfecta. i. conſe-
crata myſteria. quoſdã ꝑplis impare. vel
ſibi iter ſe ſacerdotes tradere. cũ poſt om-
nia. i. poſt cõſecrationẽ que apire non de
beo. i. nõ poſſum pax ſit neceſſario. i. cau-
ſa myſterij indicẽda. ꝑ quam. i. ꝑ eã ꝯſtat
ꝑplm ad oĩa que in miſteriis agunt̃ ac i
eccl'ia celebrant̃ p̃buiſſe ꝯſenſum ac finita
eſſe. pacis ꝯcludentis. i. determinantis ſi-
gnaculo demonſtrent̃. Tertio ideo ꝑplus
ſe inuicẽ oſculat̃. quia dñi ſui gr̃am ⁊ an-
gelorũ ꝯcordiã ꝑ mortẽ eiꝰ ſe ꝓmeruiſſe g̃
tulat̃. Quarto vt quia in oſculo caro car-
ni. ⁊ ſpũs ſpiritui iũgit̃. ⁊ nos q̃ carnis ꝓ-
pagine de adam ꝯiungimur etiã charita-
tis vinculo ꝯnectamur. Qui g̃ ſe odiẽtes
oſculant̃ inde ꝓditoris oſculũ imitantur.
Quinto ꝓpter p̃ceptũ apl'i. de q̃ p̃miſſuꝫ
ẽ. Rurſus ideo p̃uſꝗ cõicemus paceꝫ da
mus. vt inter nos eẽ ꝯcordiã oſtẽdamus
⁊ cũ illa corpꝰ dñi ſumamus ſine qua mu-
nera nr̃a nõ recipiunt̃ a deo. In miſſa ꝟo
ꝓ defunctis pax nõ dat̃. quia fideles anie
iam nõ ſunt nec vlteriꝰ erũt in tribulatiõe
huiꝰ mundi. ſed quieſcũt iam in dño. Vñ
nõ eſt eis neceſſarium pacis oſculũ. quod
eſt pacis ⁊ ꝯcordie ſignuꝫ. Et ideo in illa
miſſa nõ dr̃ oro illa. Dñe ieſu xpe qui de-
diſti apl'is tuis pacẽ ⁊c̃. Nec ſacerdos pa-
cem recipit ab altari. De h̃ etiã dicet̃ i. vij
ꝑte ſub ti. de officio mortuorũ. Hinc ẽ etiã
ꝙ inter monachos pax nõ dat̃. qm̃ mun-
do mortui reputant̃. Viri quoꝗ ⁊ mulie-
res nõ ſibi inuicẽ oſculum in eccl'ia porri-
gunt. ne forte aliquid laſciuie ſurrepat. q꞉
ibi carnales fugiẽdi ſunt amplexus. ⁊ ca-
ſti ⁊ ſpirituales actus habendi ꝓpter qđ
etiam in eccl'ia ſitu ſeq̃ſtrant̃ locali. Odia
pax pellit. caſtũ pax nutrit amorẽ. ¶ Sa-
ne oſculuꝫ in ſacra ſcriptura ſignificat vni
onem. charitatem. pacẽ ⁊ reuerentiã. De
oſculo vniõis dicit ſponſa in cãticis. Oſcu-
let̃ me oſculo oris ſui. De oſculo charita-
tis iſaac inq̃t ad filiũ. Accede ad me et da
mihi oſculũ fili mi. De oſculo pacis dicit
apoſtolus. Salutate vos inuicem in oſcu
lo ſancto. Deꝰ aũt pacis ⁊ dilectionis ⁊c̃.
De oſculo reuerentie dñs inquit ad ſimo
nem. Oſculum mihi nõ dediſti. Hec autẽ
quo intraui nõ ceſſauit oſculari pedes me
os. Et heſter in ſignũ reuerẽtie ſummita-
tem virge regie dicit̃ oſculata eẽ. Ad deſi
gnandũ igit̃ tres vniones in xpo. ſcꝫ vni-
onem diuinitatis ad aiam. diuinitatis ad
carnem ⁊ carnis ad animã. Vel vnionem
qua vnita eſt xpo humana natura ſcã ec-
cleſia ⁊ fidelis anima ſacerdos ter oſculat̃
altare. vt dictum ẽ ſub q̃rta ꝑticula cano-
nis ſup ꝟbo. Dieſꝗ nr̃os. Ad deſignan-
dum ꝟo triplicem pacẽ ſcꝫ tꝑaleꝫ. ſpũalẽ.
⁊ eternã. eps ſolẽniter celebrãs iux̃ moreꝫ
q̃rũdã eccleſiaꝝ ter oſculat̃. ſemel miniſtꝝ
⁊ ſecũdo diaconum. ⁊ tertio ſacerdotem
Sed in miſſa ter orat̃ ꝓ pace. vt dictum ẽ
ſup ꝟbo. Dieſꝗ nr̃os. Rurſus ad notan
dum duorũ teſtamentorũ cõcordiam eps
duabꝰ vicibus codicem oſculat̃. quia ro-
ta cõtinet̃ in medio rote. et duo cherubin
ſe ſe reſpiciunt verſis vultibus in ꝓpitia-
torium. Ad notandũ etiam charitateꝫ ſa-
cerdos oſculatur patenam que deſignat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coꝛ patēs latitudine charitatꝭ. Vñ. Non-
ne coꝛ noſtrum ardēs erat in nob dum lo/
quereꝛ nobis in via. In ſignū ꝟo reuerē-
tie ſubdiacon⁹ ⁊ diacon⁹ pedes ⁊ manus
pōtificis ſūmi oſculanꝛ. pedē ſubdiacon⁹
oſculaꝛ poſt eplam lectā. ⁊ diacon⁹ añ le/
gendū euāgeliū. manū ꝟo ſbdiacon⁹ oſcu
laꝛ offerens ampullā cū aqua calicēq; cuꝫ
vino. ⁊ diaconus offerēs patenā cum ho-
ſtia ⁊ thuribulum cū incēſo. vterq; etiam
de manu ſūmi pontificis accipit euchari/
ſtiam vt diceꝛ in ti. ſe. Illud quoq; vaca-
re nō crediꝛ a myſterio ꝙ ſumm⁹ pōtifex
ſeptē modis accipit oſculū vicꝫ ad os. ad
pectus. ad humerū. ad man⁹. ad brachia.
ad genua. ⁊ ad pedes.

Incipit quarta ps miſſe de cōmunica-
tione ſacerdotis.

Hic incipit quar

ta ps miſſe. Poſt pacis ei oſcu
lum ſacerdos cōicat hoc modo
Nam ſic in niceno cōcilio legiꝛ euchariſti
am cōfectā p ſe de altari ſiue de patena ſu
mit ⁊ comedit. Calicē ꝟo cū ſanguine nō
ipſe ſed diacon⁹ eleuat de altari ⁊ poꝛrigit
ei. Vñ in canone Hiero. inter cetera ita le
giꝛ. Sacerdotib⁹ etiā ꝓpter ꝑſumptiōes
nō licet de mēſa calicēꝫ dñi tollere niſi eis
tradit⁹ fuerit a diaconib⁹. Ideo aūt ſacer
dos corp⁹ xpi p ſe ſumit ⁊ nō calicē cū ſan
guine. quia ſumptio coꝛpis ſignificat coꝛ/
poꝛū nroꝛū reſtaurationē. quā xps nulli⁹
miniſterio pfecit. ⁊ futurā reſurrectioneꝫ
quam ſua ꝟtute abſq; omī miniſtro faciet
Sumptio ꝟo ſanguinis redēptionē aiaꝝ
ſiue pctōꝛū ſignificat. que fit interceſſioni-
bus alioꝛū. Hoc tñ ⁊ ſi iure cautū ſit nō tñ
ſuari videmus Sane ſacerdos ipe omes
ptes hoſtie comedit. In qbuſdā tñ eccle/
ſijs ipe vnā ptē ſumit ⁊ reliquaꝫ euchari-
ſtie medietatē ſup patenā in duas ptes di
uidit. quas miniſtris. ſ. diacono ⁊ ſubdia
cono comedēdas ipendit inſinuās illō qō
lucas cōmemoꝛat. qꝛ ieſus in emaus acce
pit panem ⁊ fregit ſup mēſam. ⁊ vt aiūt q̄
dam comedit coꝛā duobus diſcipulis. ſu
mēſq; reliqas dedit illis. Ipe quoq; poſt
modū ptem piſcis aſſi ⁊ faui mellis mādu
cauit ⁊ reliqas diſcipulis dedit. Et ideo
poſtq; diacon⁹ ⁊ ſubdiaconus cōicarunt
clerici ⁊ religioſi ad cōicandū accedūt vt
⁊ ipi ptē ſcē cōionis accipiāt. Poſtmodū
cōicat ꝑpl's. quia ⁊ xps comedit nō ſolum
cū paucis aplis verū etiā aſcenſurus i ce-
lum comedit cū multitudine diſcipuloꝛuꝫ
Vñ ⁊ ſumptio coꝛpis aſcenſionem ſignifi
cat ſaluatoꝛis. Illud aūt ꝑtermittēdū
nō eſt ꝙ vt in pceptione coꝛpis ⁊ ſanguis
xpi nulla poſſit fallatia suboꝛiri. ſ; vtraq;
pceptione ꝟitas euidēter appareat. ſūm⁹
pontifex nō ſtatim pticulam hoſtie pmit-
tit cadere in calicē ſed eā poſt trinū crucis
ſignaculū ſup patenā reponit. ⁊ poſt oſcu
lum pacis ad ſedem aſcēdens. ibiq; conſi-
ſtens vniuerſis cernētib⁹ maioꝛē ptem ob
late ſuſcipit de patena quā ſubdiacon⁹ ap
poꝛtauerat de altari. ipamq; dētibus ſub
diuidens vnā pticulā ei⁹ ſumit ⁊ aliā i ca/
licem mittit ⁊ de ſanguine cū calamo hau
rit. Deinde alterā pticulaꝫ tradit cū oſcu
lo diacono. aliāq; ſubdiacono ſine oſculo
quā diacon⁹ miniſtrās ei calicē ad altare
oſculaꝛ. ⁊ tūc ſubdiacon⁹ reſiduū ſangui-
nis cū pticula imiſſa in calice ſumit. Rho
manus itaq; pontifex ideo nō cōicat vbi
frangit. qm̄ ad altare frangit ⁊ ad ſedē cō
municat. qꝛ xpus in emaus coꝛā duobus
diſcipulis fregit ⁊ in hierlm coꝛā diſcipulꝭ
duodecim māducauit. In emaus em̄ fre/
giſſe legiꝛ ſed nō comediſſe legiꝛ. In hie/
ruſalem ꝟo nō fregiſſe legiꝛ ſ; legiꝛ come-
diſſe ſm Inno. iij. Aſcendēs igiꝛ ſedē ibi
cōicat. Siquidē ſm aplm xps caput ē ec-
cleſie. caput aūt in coꝛpe ſublimi⁹ ⁊ excel/
lentius ob ſui pfectionē ceteris membꝛis
collocaꝛ. p calicē ꝟo ſm quēdā reſpectuꝫ
eterna beatitudo ſeu ipſi⁹ fruitio deſigna
tur. Quia igiꝛ in eccl'ia militāte ſūm⁹ pon
tifex ſicut xpi vicarius ⁊ caput oim ꝑlato
rum pfecti⁹ xpm repñtat. cōgruū eſt vt ip
ſe nō in altari ſed in loco ſublimioꝛi cōmu
nicet. oſtendens ꝙ chꝛiſtus etiam in ſua
humanitate perfectius ⁊ copioſius par-
ticipat illa ineffabilia gaudia. vtpote i bo-
nis potioꝛibus collocatus. Cum vero ce/
lebꝛat pro defunctis. tunc ſuper altari cō-
municat. quia tunc ſpecialiter membꝛo/
rum chꝛiſti hinc fideliter decedētium glo-
riam repꝛeſentat. ac membꝛa chꝛiſti cum
ad illam gloꝛiā perueniunt. inferioꝛē poſt
chꝛiſtum gradum obtinent ſic mēbꝛa poſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caput. In paraſceue quoqꝫ ad altare cōi-
cat. tum ob reuerentiā paſſionis xp̄i. tū q꞉
tūc q̄ſi exeq̄as celebrat ieſu xp̄i. tūc etiā ſo
lus cōicat: q꞉ in xp̄i paſſiōe oib⁹ diſcipl'is
fugiētib⁹ ipſe ſolus remāſit. Alij aūt p̄la-
ti nō ſic ꝟ ſup altare cōicāt. q꞉ nō ita ꝓprie
xp̄m caput eccl'ie rep̄ſentāt. Miniſtri au
tem rep̄ſentāt pontifici oblatā ꝛ calicē. q̄a
diſcipuli obtulerūt xp̄o partē piſcis aſſi ꝛ
fauū mellis. Pars piſcis aſſi eſt corp⁹ dn̄i
crucifixi qui fuit in ara cruc' aſſat⁹. Fau⁹
mellis eſt ſanguis xp̄i ſup mel ꝛ fauū dul
cis faucibus aīe diligētis. Ambo de ma-
nu pape cōicant. q꞉ ꝛ ap̄l'i de manu chriſti
cōicauerūt. Ad notandū ꝟo diſtinctionē
inter ſacros ordines ꝛ nō ſacros: diaconi
ꝛ q̄ ſupioris ordinis ſunt cū recipiunt eu-
chariſtiā oſculū ſuſcipiūt ab ip̄o Acolitus
ꝛ q̄ ſunt iferioꝝ ordinū nō ſuſcipiūt Sub
diacon⁹ etiā quia caracter hui⁹ q̄ndaꝫ int̄
nō ſacros ordineſ. nūc aūt int̄ ſacros ordi
nes reputat̄. in ꝑceptiōe corꝑis non ſuſci-
pit oſculū a pontifice. ꝟ in perceptiōe ſan-
guinis ſuſcipit oſculuꝫ a diacono. vt ſic q̄
nō ſacri ſunt min⁹. ꝛ q̄ ſacri ſunt amplius
honorent̄. Quis ꝛ in hoc myſtica poſſit
ratio aſſignari. Ip̄e aūt ſumit illā eucha-
riſtie partē. per quā ꝓut ſub ti. de fractio
ne hoſtie dcm̄ ē. caput eccl'ie. ſ. xp̄s intelli
git̄ cui⁹ typū ip̄e ſpeciali⁹ gerit. qđ facit h̄
modo. ea nāqꝫ dentib⁹ ſubdiuiſa. particu
lam in ore remanētē ſumit. alterā ꝟo inter
digitos reſidentē in calicē dimittit. ad no-
tandum q̄ xp̄s reſurgēs q̄ ſ̄m ſergiū pa-
pam per partē in calicē imiſſam ſignificat̄
infernū momordit ꝛ ſuos inde ſumptos i
paradiſum miſit. Iux̄ illud Oſee vlt'. ca.
Ero mors tua ꝛc̄. Alia ꝟo ꝑs ex qua mi-
niſtri cōicāt ſignificat membra magis ipſi
xp̄o conformia. ꝛ iō ip̄i cōicant de il'a. ad
oſtendendū myſteriū vnionis. Euchari-
ſtia em̄ ſacr̄m ē maxime vnionis. Parteꝫ
ꝟo in calice intinctā que ſignificat mēbra
ꝑp̄t̄ xp̄m paſſionib⁹ ſubiecta. dn̄s papa
nō recipit. Primo q꞉ ip̄e magis q̄ꝫ alij re-
p̄ſentat i officio miſſe xp̄m cui mors vltra
nō dn̄abit̄. Scđo q꞉ ip̄e illorū typū gerit i
eccl'ia. q̄ ꝑp̄t̄ eximiā ſanctitatē a vita acti-
ua ſemoti ꝑ ꝯtēplatiuā iā xp̄o ſocian̄t Sꝫ
miſtri illa ſumūt. q꞉ typū actiue cōit̄ repre
ſentāt. ꝛ ꝓcipue ſ̄bdiacon⁹ eā ſūit ꝓ eo q̄a

ip̄e vltio cōicat. ꝛ vltimi ē reliq̄as ſumere
ꝛ calicē purificare. Vn̄ ꝛ dn̄s reliq̄as đdit
diſcipul' vt p̄miſſuꝫ ē. Pōt etiā myſtice di
ci q̄ ꝑs intincta ſiḡt ꝑteꝫ corꝑis myſtici q̄
iā regnat cū xp̄o Cū ḡ dn̄s papa exp̄ſſe re
p̄ntat xp̄m. q̄ realit̄ ꝛ ſacramētalit̄ icorpa
tus ē parti ipſi⁹ myſtici corꝑis. iō ip̄e n̄ re
cipit illā. nec etiā diacon⁹ q̄ legē euāgelicā
quā ꝓnūciat rep̄ntat q̄ ē lex amoris. Pro
pter amorē em̄ charitat' q̄libet incoporat̄
xp̄o capiti ꝛ oib⁹ partib⁹ corpor' ei⁹ myſti
ci. Subdiacon⁹ ꝟo rep̄ntat veterē legem
quā ſepe ꝓnūciat q̄ fuit lex timor'. ſed ti-
mor nō ē in charitate imo eū foras mittit.
ꝛ iō ip̄e ꝑticulā in ſanguinē miſſam ſacra-
mētaliter ſiue in ſignuꝫ recipit. q꞉ imixtio
ipſi⁹ part' cū ſanguine dictaꝫ icorꝑationē
figurat quā nō faciebat lex illa licet eam fi
guraret. Hoc aūt breuiter nōndū eſt q̄
ſacerdos an̄ perceptionē corpor' ꝛ ſangui
nis xp̄i dꝫ dicere or̄ones a ſctis p̄rib⁹ iſti-
tutas. deīde meditari dꝫ icarnationē paſ-
ſionē ꝛ ꝟtutē hui⁹ ſacr̄i dicēs. Panē cele-
ſtē accipiā ꝛc̄. Sꝫ cū ſtatim poſt ꝟba ip̄a
ſubiūgat. Dn̄e nō ſū dign⁹ ꝛc̄. videt̄ ꝯri⁹
ſibi ip̄i. ꝟ abſit h̄. ꝟ dicēs panē ꝛc̄. ſeip̄m in
citat ad deuotionē reducēs ad memoriaꝫ
q̄d eſt qđ ſumere debet. q꞉ panē q̄ de celo
deſcēdit. ꝛ q̄lit̄ ſumere dꝫ. q꞉ nomē dn̄i in
uocādo vt ſic cū maiori ſumat reuerētia ꝛ
timore. Dicēdo ꝟo ſubſequēter. Dn̄e nō
ſum dign⁹ ꝛc̄. ex hūilitate ſuā ꝓfitet̄ indi
gnitatē. ac excitatio ad deuotionē ꝛ ꝓfeſ-
ſio hūilitat' ꝯria nō ſunt. Legitimū itaqꝫ
cōicādi tēp⁹ ē an̄ vltimā or̄onē q̄ đr ad cō-
plendā. q꞉ ibi maxime petitio ꝓ eis ē q̄ cō
municāt. Deinde corp⁹ ꝛ ſanguinē dn̄i ſū
ptur⁹ ſe cū illis an̄ faciē cruce ſignat. Sic
em̄ pri⁹ cruces faciēdo actiue. tanq̄ꝫ mini-
ſter illa ſcificauit ſic ſe eiſ nūc cruces ſignā
do paſſiue petit ſanctificari. Dicto itaqꝫ
corpus dn̄i cuſtodiat ꝛc̄. ſumat euchariſti
am. Deinde iunctis manibus inclinans
ſanguini dicit. Quid retribuam ꝛc̄. Et di
cens. Calicem domini accipiam. ꝛ non ꝑ-
us accipit. ꝛ eleuat calicem de altari. Po
ſtea vero dicens. Laudans inuocabo do
minū. ſe ſignat cum illo. quo verſu exple-
to ſanguinem ſumit. Sane quia circa ma
iora cauti⁹ ē agēdū. ſacerdos ſanguinē ſu
mens ꝑp̄t̄ maiorē ſecuritatē ꝛ reuerētiaꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

calicē cū vtraqꝫ manu tenere debet. ſed in
ſumptione ꝑfuſionis ſufficit altera tantū
duobꝰ digitis alteriꝰ adiūctis. q̄ſi ꝑ h̄ in/
nuens iā ſanguinē ibi nō eē. Sꝫ ⁊ ſangui=
nem ſumēdo ter haurit trinitatē deſignās
ꝑfuſionē vō ſumēdo bis vt ꝑ h̄ charitas
que inter duos cōſiſtit ſignificet̄. ſeu etiaꝫ
quotiēs nouerit expedire. Rurſus qui ea
dem die debet iterū celebrare nō ſumat vi
num ꝑfuſionis vt dictū ē in ꝓhemio huiꝰ
ꝑtis. Sꝫ cū in canone dicat̄ Simili mō poſt
q̄ꝫ cenatū eſt accipiēs ⁊ hūc p̄clarū calicē
⁊c̄. Videt̄ ex h̄ q̄ ſacerdos ſtatim hoſtia
cōſecrata illā debet ſumere. priuſq̄ꝫ ad ca=
licis cōſecrationē ꝓcedat. q2 oīs xp̄i actō
nr̄a debet eē inſtructio. Sed ad hoc dicē=
dū eſt q̄ eccl̄a inſtituit illā poſt vtrāqꝫ cō/
ſecrationē ſumi. ad oſtendēdū q̄ ſolā ho=
ſtiam recipiēs nō plenū recipit ſacramēta
liter ſacr̄m. Et ſi em̄ i hoſtia cōſecrata xp̄i
ſanguis ſit. nō tn̄ ē ibi ſacramentalit̄ eo q̄
panis corpꝰ nō ſanguinē. ⁊ vinū ſangui/
nem ſignificat ⁊ nō corpus. Quia ḡ ſub al
tera tm̄ ſpecie n̄ ē ꝯpletū ſacr̄m. quo ad ſa
cramentū vel ſignū. debet h̄ ſacr̄m cōple=
ri p̄uſq̄ꝫ p̄ſbyter eo vtat̄. Verūtn̄ cū vnuꝫ
ſine reliquo. nec ſit nec vnq̄ꝫ fuerit niſi in
ſolo triduo an̄ paſca in quo xp̄i corpꝰ mor
tuum fuit. in quo triduo ſiquis de apoſto
lis hoſtiā cōſecraſſet. ſanguis ibi nō eſſet.
ſꝫ vinū caro ibi nō eſſet. quia vt p̄miſſuꝫ ē
nec panis ſanguinē. nec vinum ſignificat
carnē. ſm̄ hoc nūc xp̄i ſanguine intra ve=
nas exn̄te. vnū ſine reliquo ꝓpt̄ vnioneꝫ
ſeu mixtionē hmōi recipi nō pōt. qḋ tn̄ nō
eſt rōne ſacramēti vel ſigni. qḋ idē ē Poſt
ſumptū ſacrificiū nō eſt ſpuēdum ꝓut di=
ctum eſt ſub. vij. ꝑticula canonis ſup ver
bo Noui ⁊ eterni. Sed nec eucharistia ſi
cut aliꝰ cibꝰ ē maſticanda. ſed diſcrete mo
derate ac leniter anteriorib9 dentibꝰ terē=
da ⁊ lingua mollificāda. ne qua eiꝰ ꝑticu=
la dentibꝰ adhereat. quā forte poſtmodū
emitti ſcreādo ꝯtingat. Poſt cōicationeꝫ
ſlico calix de altari aufert̄. Circa qḋ notā
dū ē q̄ corpꝰ dn̄i remanet ſup altare vſqꝫ
dum tria capitula cōpleant̄ ſcꝫ ꝓlogꝰ dn̄i=
ce oṙonis. ſ. oremꝰ p̄ceptl. ⁊ ipa dn̄ica oṙo
⁊ Libera nos q̄s. quia ⁊ dn̄s tribꝰ diebus
in ſepulcro quieuit. Poſtea vō cōmixto
dn̄i corpe cū vino ſilꝫ pace annūciata au

fert̄ corpꝰ dn̄icū de altari. qm̄ in tertia die
aīa eius que deſcendit ad inferna vt libe=
raret iuſtos ⁊ mēbra viuificaret redijt ad
corpꝰ. nec ampliꝰ inuentū ē corpus dn̄icū
in ſepulcro. Quia ḡ xp̄s totus hō reſurre
xit ſimul. ideo ad hoc notandū ilico ſimul
cū oblatione corpꝰ dn̄i de altari aufertur
⁊ ſumit̄. ⁊ deinde calix ⁊ corpale de altari
totaliter eleuant̄. ꝓut dictuꝫ eſt ſub ti. de
pallis corpalibus. Poſtremo notandum
eſt q̄ q̄ſq̄ꝫ cōicandꝰ corpe a carnalibꝰ eſcis
ieiunus eſſe debet. Cū em̄ aīe ſpūales ſint
⁊ imortales ſpūalia primitꝰ alimenta vite
eterne ſumere debent.

De perfuſione.

Poſt ſumptuꝫ

euchariſtie ſacrificiū ſacerdos
digitos abluit ⁊ ꝑfundit ne q̄d
forte icaute remaneat ſeu adhereat ex cō/
tactu diuini ſacramēti. nō q̄ quicq̄ꝫ imun
dum ex ipo cōtactu cōtraxerit. ſed vt po=
tius ſuā cōmemoret indignitatē q̄ ſe iudi=
cat tātis ſacramētis celebrādis indignuꝫ
Iux̄ illud qḋ dn̄s ait. Cū oia bn̄feceritꝭ di
cite ſui iutiles ſumꝰ. Sic̄ ⁊ ſacerdos lega
lis imūdꝰ erat vſqꝫ ad veſpam poſt imola
tionē vitule rufe. Vn̄ oia veſtimēta ſua la
uabat. indignū quidē exiſteret. vt manus
que corpꝰ incorruptibile cōtractarūt. cor=
pus corruptibile cōtingant. vel ad res cō
munes tāgēdas accedant. donec ſtudioſe
lauent̄. Et ꝓpt̄ h̄ etiā q̄dā miſſa finita ex=
utis ſacris veſtibꝰ. iterū manꝰ lauāt. Per
fuſionis aūt aq̄ debet in locū mūdū hone
ſte diffundi. vt altitudo ſacri reuerent̄ ho
noret̄. Trina ḡ ſacerdotis ablutio q̄ fit in
p̄ncipio. in medio. ⁊ in fine. deſigt̄ mūda=
tionē cogitatiōis locutionis ⁊ actiōis. vel
purgationē peccati original̄ venial̄ ⁊ cri/
minalis. ſiue qḋ agit̄ ꝑ ignorantiā ⁊ negli
gentiam ⁊ iduſtriā. ad q̄rū mūdationē of
fert̄ ſacrificiū ſalutare. Hec tn̄ ablutio re/
ferri p̄t ad ablutionē baptiſmi cuꝰ formā
xp̄s poſt reſurrectionē iſtituit dicēs. Eū=
tes docete oēs gētes baptiſantes eos i no
mine p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſci. q̄ crediderit ⁊ ba
ptiſatꝰ fūit ſaluꝰ erit. Sane ſacerdos digi
tos ꝑfūdit ⁊ ꝑ iꝑfuſionē ſumit i dextro cor
nu altari vl̄ ſaltē reuolutꝰ ad illḋ. Primo
ꝓpter rōnē tactā ſub ti. de manuū ablutō

ne. Scđo qꝛ ipm̄ cornu iudaicū ꝑplm̄ ex q̄
naturā humanā xp̄s aſſumpſit ſignificat.
Sic aūt ab illis naturā accepit. ſic ⁊ ab eiſ
illiꝰ nature purgationē ab om̄ibꝰ defecti/
bus q̄s aſſumpſit habuit qm̄ ab eis occiſꝰ
fuit ad quā mortē cōſecuta eſt reſurrectio
in qua oēs defectꝰ dimiſit. ⁊ eis oppoſitas
v̓tutes accepit. Ad h̄ igit̄ rep̄ſentandum
in dextro cornu altaris vel ſaltē reuolutꝰ
ad illud ꝓfundit ⁊ ꝓfuſionē ſumit. Tertō
qꝛ vt aiūt quidā h̄ purificatio d̄ſignat ab-
lutionē manuū quā pilatꝰ fecit a ꝑditione
ſanguinis iuſti. ſup iudeos ꝑ dextrū cor/
nu altaris ſignificatos. Ad h̄ q̄dā hauſta
purificatiōe inclināt calicē ad oſtendēduꝫ
ſepulcrū eē vacuū. quia ſurrexit ⁊ inde ꝓ
dīꝫt chriſtus.

De poſtcōmunione.

Antiphona q̄
poſtcōmunio a pluribꝰ nūcu/
pat̄. ideo ſic appellata ē qm̄ pꝰ
cōicationē ſeu i ſignū ꝙ cōmunicatio ex-
pleta ē cōcinit̄. In p̄mitiua nanqꝫ eccleſia
omnes fideles qualibet die corpi ⁊ ſangui
ni xp̄i cōmunicabāt. ꝓut dictuꝫ eſt ſub ti.
de cōicatiōe ſacerdot̄i. ⁊ ſtatim poſt com/
munionē cantꝰ iſte fiebat. vt ꝑplus oſtēde
ret̄ grās ⁊ laudes agere de xp̄i corpore et
ſanguine ſuſceptis. Uerum ꝓpt̄ circum-
ſtans nos pctm̄ ſequēti tp̄e ſtatutū ē vt ter
in anno cōmunionē ſacerdos q̄tidie ꝓ oi
bus ſacramētalit̄ ſumat. ꝓut ſub ti. de pa
cis oſculo dictū eſt. Quis aūt ſpecialit̄ in
troduxit vſum cantādi hāc antiphonam
ignorat̄. Hec aūt antiphona apl̄orū gau-
diū de xp̄i reſurrectiōe ſignificat. iuxta il/
lud. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dn̄o. ⁊ pre
gaudio mirabant̄. Q᷑ v̓o reciꝓcando in q̄
buſdā eccleſijs cantat̄. inſinuat ꝙ diſcipu
li reſurrectionis gaudiū ſibi mutuo nunci
abant. Un̄ dn̄o diſcipuli cū inueniſſent cō
cōgregatos vndecim. ⁊ eos q̄ cū ipis erāt
dicentes. ꝙ ſurrexit dn̄s v̓e ⁊ apparuit ſi-
moni. narrabāt que geſta erāt in via. ⁊ q̄/
modo cognouer̄t eū in fractiōe panis. Ca
nit̄ etiā ab om̄ibꝰ vt notet̄ ꝯmunitas gau
dij. ⁊ ꝙ om̄ibꝰ diſcipl̄is dn̄s apparuit. Eſt
g̊ cōmunio gratiarūactio. iuxta illđ Edēt
paupes ⁊ ſaturabunt̄ ⁊ laudabunt dn̄m.
Proprie tn̄ nouiſſima oro̅ de q̄ infra dice
tur poſtcōmunio dici pōt.

De oratione nouiſſima
⁊ de ite miſſa eſt.

Peracto cōmu
nionis myſterio. pōtifex ſeu ſa-
cerdos oſculat̄ altare innuens
ſe credere firmiter. ⁊ cōſentire his q̄ circa
ſacrificiū acta ſunt. ⁊ cōuerſus ꝑplm̄ ſalu/
tat. ⁊ deinde redit ad dextrū cornu altar̄i
ſignificans ꝙ in fine mūdi poſt antichriſti
mortē xp̄i p̄dicatio ſiue xp̄s reditꝰ ē ad
iudeos quos iā reprobauit. Tūc em̄ con-
uertent̄. ⁊ reliquie iſrael ſalui fient. Et ele
uatis manibꝰ vltimā orationē q̄ ꝓprie pꝰ
cōmunio vocat̄ exequit̄. in q̄ rogat ⁊ gra-
tias agit de ſacramēti ꝑceptiōe dicēs col/
lectas ꝓ numero ſecretellarū. Orat em̄ ꝓ
his q̄ ad hanc cōionē euchariſtie acceſſe/
runt. Hec aūt oro̅ ſignificat oro̅nē capitis
nr̄i ieſu xp̄i. qui ꝓ nobis interpellat quoti
die apud p̄rem. Significat etiā ꝙ apoſto/
li poſt aſcenſionē dn̄i in oratione ꝑſeuera-
uerūt. Finis v̓o illius oro̅nis vbi dicitur
Per dn̄m nr̄m ieſum xp̄m ⁊c̄. ſignificat ꝙ
aduocatū habemus in celo apud p̄reꝫ. Il
lud aūt cōſiderandū eſt ꝙ ſacerdos dictu
rus poſtcōmunioneꝫ p̄mittit. Dn̄s vobi/
ſcū. ⁊ oremꝰ ſtans ante mediū altaris. de/
inde trāſiens ad dextrū cornu altaris. ibi
ꝓnūciat oro̅nē. q̄ finita rediēſ an̄ altar̄i me
diū ibi dic̄. ꝑ dn̄m. ꝓut tactū fuit ſb̄ ti. de
ſalutatiōe. Circa qđ nōnđ ē. ꝙ dextrū cor
nu altaris ſignificat ꝑplm̄ iudaicū. ſiniſtrū
v̓o gentilem. Predicatio chriſti ⁊ euāge-
lium eiꝰ incepit a iudeis ⁊ trāſiuit ad gen-
tiles. ⁊ iterū redire debꝫ ad iudeos. ad qđ
ſignificandū ſacerdos a dextro cornu alta
ris trāſiuit ad ſiniſtrū ⁊ ecōuerſo. Meri-
to g̊ poſtcōmunio. q̄ eſt q̄ſi finis miſſe dici
tur in dextro cornu altaris. Quia v̓o alta
ris mediū rep̄ſentat fidē xp̄i ⁊ ipm̄ deū in
quē vterqꝫ populꝰ vnit̄. reducit̄ ⁊ finitur
ideo ꝑ dn̄m nr̄m ⁊c̄. qđ ē q̄ſi finis poſtcō/
munionis ibi dicit̄. Ipe etiaꝫ ē q̄ vtrunqꝫ
ꝑplm̄ ad ſe petendū inducit ⁊ illuminat. et
iđ Dn̄s vobiſcū ibidē dr̄. Per ipm̄ etiam
quicq̄d boni in oro̅ne petimꝰ ip̄etramꝰ. et
iđ ibidē ꝓnūciat̄ oremꝰ. De h̄ dictū ē ſub
ti. de mutatiōe ſacerdot̄i. Et nota ꝙ in ſab
bato quatuor tp̄m mēſis ſeptēbr̄i dr̄ poſt

cõmunio illa. Perficiãt in nobis q̃s domi
ne tua ſacr̃a quod cõtinẽt. ⁊ que nũc i ſpe/
cie gerimus rerũ ṽitate capiamꝰ. Cuiꝰ vl=
timã ꝑtem Greg. exponẽs dicit. Poſtu=
lat quippe ſacerdos vt corpꝰ xp̃i quod ſub
ſpecie panis ⁊ vini nunc gerit̃ manifeſta
viſione ſicuti reuera ẽ qñq3 capiat̃. Quis
nõ improbabiliter quidã exponãt hoc lo/
co carnis ⁊ ſanguinis ṽitatẽ ipſam eorũ/
dem efficientiã. i. peccatorũ remiſſionem.
De hac etiã oꝛ̃one dictũ ẽ ſub. vij. ꝑticu/
la canonis ſup ṽbo myſteriũ fidei. Sane
oratiõe finita iterũ ꝓp̃lm ſalutat dicẽs. Do
minus vobiſcũ. Circa qđ notanduꝫ eſt ꝙ
xp̃s poſt reſurrectionẽ bis legit̃ diſcipu=
los ſalutaſſe dicẽs. Pax vobis. et iterum
pax vobis in ſignũ duplicis pacis. videlꝫ
pectoris ⁊ eternitatis q̃ ſm ꝓphetam eſt
pax ſup pacẽ. de qua dñs inquit apoſtol̃.
Pacẽ relinquo vobis. pacẽ meã do vob.
Hanc duplicẽ pacẽ ꝑ duplex oſculũ ſacer
dos inſinuat cũ vicꝫ prius oſculat̃ mini/
ſtrũ. ⁊ poſteriꝰ oſculat̃ altare. Prima ẽ ſa
lutatio que fit añ orationẽ ſignificat bñdi/
ctionẽ illã quã xp̃s aſcenſurus in celũ legi
tur dediſſe diſcipulis ſuis. Nam vt lucas
cõmemorat. eduxit eos foras in bethaniã
⁊ eleuatis manibꝰ bñdixit eos. ⁊ cũ bñdi/
xiſſet receſſit ab eis ⁊ ferebat̃ in celũ. Uñ
poſt ſalutationẽ nouiſſimã. quã ſacerdos
oratione expleta facit ad ꝓp̃lm. que ſignifi=
cat vitã eternã. diaconus alta voce ꝓnun
ciat Ite miſſa eſt. repſentãs qđ dictum ẽ
ad ap̃los. Hic ieſus q̃ aſſumptꝰ ẽ a vobis
in celum ⁊c̃. Notandũ eſt aũt ꝙ miſſa tri/
bus modis finit̃. Primo ꝑ ite miſſa ẽ. ⁊ h̃
in ſolẽnitatibus quotiẽs cantat̃ Te deuꝫ
laudamus ⁊ Gloria in excelſis deo prout
dicet̃ in ꝓhemio. vij. ꝑtis q̃ſi dicat. Redi
te ad ꝓpria. quia miſſa ſeu oblata eſt deo
hoſtia ſalutaris ꝓ genere humano ꝓut ta=
ctum eſt in ꝓhemio huiꝰ ꝑtis. Uel annũ=
ciat ꝓp̃lo ꝙ miſſa ſeu p̃ces ſũt finite qm̃ ſta
tutũ ẽ in cõcilio aurelianeñ. ꝙ nullꝰ exire
debet de eccl̃ia donec annũciatũ ſit ꝑ mi/
niſtrũ. Uel ẽ ſenſus. Ite miſſa eſt. i. ite pꝰ
xp̃m ⁊ ſeq̃mini ipm̃. Nõ ẽ em̃ i h̃ mđo ſtã=
dũ. ſ; ad p̃riam ꝑ bona opa feſtinãdũ. qđ
leuiter facere poſſumꝰ. q2 miſſa ẽ ad deuꝫ
p̃rem placãdũ hoſtia. ꝑ quã fracta ſũt tar
tara ⁊ reſerat̃ ꝑadiſi introitꝰ. Dicẽs autẽ
Ite miſſa ẽ dirigit vultũ ad ꝓp̃lm. quia ad
eos q̃s p̃ñtes licẽtiamus ſmonẽ dirigimꝰ
⁊ eis ad q̃s ſmonẽ dirigimꝰ faciẽ repſen=
tare ſolemꝰ. ſic fit qñ dr̃. Dñs vobiſcũ. vl̃
Orate fr̃es. ꝓut dcm̃ ẽ ſub ti. de inclinati=
one ſacerdotis. Sꝫ dicẽs. bñdicamꝰ dño.
vel requieſcãt in pace. vel oremꝰ. nõ ſtat ṽ=
ſus ad ꝓp̃lm. q2 illũ diſtincte nõ alloquit̃.
ſed dirigit faciẽ ad orientẽ vel mẽtẽ ad de
um. Dicto aũt. Ite miſſa ẽ. clerꝰ ⁊ ꝓp̃ls ꝗ=
tulãdo r̃ñdẽt. Deo gr̃as. imitãtes ap̃los.
q̃ adorãtes regreſſi ſunt in hierl̃m cũ gau=
dio magno ⁊ erãt in tẽplo laudãtes ⁊ bñ=
dicẽtes deũ. Eſt em̃ ꝓut q̃dã aſſert. Deo
gr̃as. interiectio ꝗtulatiua. vel cõgratulati
ua. ⁊ h̃ ſũptũ ẽ de Exo. nõ ſm ṽba ſed ſm
ſenſũ. qm̃ ꝓp̃ls iſrl̃ ex ꝑmiſſu pharaonis ⁊
licentiãte cyro de babylonica captiuitate
ad hierl̃m reuſus. gr̃as egit dõ. Sꝫ ⁊ ap̃li
poſt aſcẽſionẽ dñi regreſſi ſũt in hieruſalẽ
bñdicẽtes dñm. ſic ⁊ nos vltima bñdictio
ne accepta ad celeſtẽ p̃riã ibimꝰ. vbi ſꝑ in
gr̃arũ erimꝰ actiõe. Ap̃li q̃ꝫ p̃dicãtes. di=
cebãt. Gr̃as agite. ſine intermiſſiõe orate
Põt etiã dici ꝙ ſacerdos icipiẽs. Gloria
in excelſis deo. ſignificat angelũ annunci=
antẽ paſtoribꝰ ineffabile gaudiũ de chriſti
natiuitate. Ite miſſa ẽ. deſiĝt acceſſuꝫ pa
ſtorũ ad locũ natiuitatis xp̃i. ꝓut dicet̃ i ꝓ
hemio. vij. ꝑtis. Chorꝰ r̃ñdẽs. Deo gr̃as
repñtat ꝙ ſic lucas refert. ipi paſtores re=
uerſi ſunt glorificantes deũ in oibꝰ q̃ vide
rãt ⁊ audierãt. Scđo mõ miſſa t̃minat̃
ꝑ Bñdicamꝰ dño. vicꝫ i ꝓfeſtis diebꝰ ⁊ ge
nerat̃r qñ ꝑmiſſa cãtica leticie nõ dicũtur.
ꝑ qđ ꝓp̃ls ad gr̃aꝝ inuitat̃ actiões. q2 poſt
oia debemꝰ deo hũiliari. ⁊ ẽ ſũptũ đ ap̃lo
vel de ps̃. vl̃ de hymno triũ puerorũ vbi
dicit̃. Bñdicãꝰ p̃rem ⁊ filiũ. Et r̃ñdetur.
Deo gr̃as. qđ ad gaudiũ ap̃lorũ de q̃ pre=
miſſum ẽ refert̃. De h̃ dicet̃ in ꝓhemio. v
ꝑtis. Et ꝓp̃ls. deo gr̃as agẽdo ad ꝓp̃a redi=
ens. ſignificat diſcip̃los cũ gr̃arũ actõe pꝰ
aſcẽſiõeꝫ dñi i hierl̃m reuẽtẽtes Circa h̃ eti
aꝫ dõm ẽ. ꝙ i ꝑmitiua eccl̃a cũ miſtri eccl̃e
miſſã ſine ꝓp̃lo celebrabãt. claudebat̃ miſ=
ſa ꝑ bñdicãꝰ. qñ ṽo ꝓp̃ls erat p̃ñs. q2 alias
neſciebat ille qñ miſſa finita eẽt dicebant.
Ite miſſa ẽ. Ergo i ꝓfeſtis diebꝰ miſtri vt
ꝑlimũ q̃ſi ſoli ſine ꝓp̃lo miſſas dicunt. ideo
iuxͣ morẽ antiquũ in illis diebꝰ dicũt. Be

nedicamus. In ſolennitatibꝰ ꝟo quia tūc ꝑplꝰs cōuenit dicūt. Ite miſſa eſt. Prima tn̄ miſſa in natali dn̄i in quibuſdam locis claudit̄ ꝑ bn̄dicamus dn̄o. eo ꝙ ſaluatoris natiuitas. de q̄ in illa agit̄. paucis ab angelo nunciata eſt ſcȝ paſtoribus qui miniſtros eccl'ie figurāt. ⁊ p̄terea ſepe quaſi ſoli miniſtri in illa p̄ſentes ſūt. Alia tn̄ ratio ſcribet̄ in. vij. ꝑticula ſub ti. de aduentu. In diebus quoqȝ ieiuniorū claudit̄ miſſa ꝑ benedicamus ad notandum. ꝙ ſi domino ſemꝑ bn̄dicendū ſit. multo fortius hoc tꝑe id facere debemꝰ. Significat autē bn̄dicamus idem qđ bn̄dictio. de qua iaȝ ſub ti. de benedictiōe dicet̄. ¶ Tertio finitur miſſa ꝑ requieſcāt in pace. ſcȝ miſſa ꝓ defunctis. ⁊ tunc respondet̄ Amen. i. fiat Optat̄ em̄ eis requies. Rurſus finis miſſe finē mūdi ſignificat. Ite miſſa ē. vel benedicamus libertatē que dabit̄ iuſtis in patria vbi ſemꝑ deū bn̄dicēt.

¶ Qualiter ſacerdos humerum pontificis oſculat̄.

Dicto ite miſſa eſt. ſacerdos qui aſſiſtit ep̄o ad altare in quibuſdā eccleſijs mēſam altaris. ⁊ armū dextrū pontificis oſculat̄. oſtendēs huncillum eſſe pontificē cui ſm legis figurā dexter armus ſeꝑationis debebat̄ de hoſtijs ſalutaribꝰ ⁊ pontificis Sane ꝑ humerū exp̄mit̄ p̄ncipatꝰ ſm illđ ꝓpheticū. Factus ē p̄ncipatus ſuper humerū eius. Principatū ꝟo ſaluatoris ꝟe exp̄ſſit vox angelica ꝓphetica ⁊ legalis. Angelꝰ em̄ dixit ad ꝟginē. Dabit ei dn̄s ſedem dauid p̄ris eius. ⁊ regnabit in domo iacob in eternū. ⁊ regni eiꝰ nō erit finis Propheta dicit. Sedes tua in ſeculum ſeculi. ꝟga directionis ⁊ virga regni tui ꝓpterea vnxit te deus tuꝰ oleo leticie. p̄ cōſortibꝰ tuis. Moyſes inquit in lege. Letamini ſimul cū eo celi. ⁊ adorēt eum omnes angeli dei. Ad qđ deſignādū in eccleſia rhomana tres humerū pontificis in ſignum reuerentie oſculant̄. videlicet p̄micerius in p̄ncipio. diaconus in medio ⁊ ſacerdos in fine miſſe.

¶ De benedictione nouiſſima.

uena ego ſum ⁊ ꝑegrinus ⁊c̄ cantās om-
nia leticie cantica ad deſignandū gaudiū
de h̄ q̄ ſunt diuina myſteria reuelata. qn̄-
q̄ tn̄ aliqua cantica ſubticet. nec multipli
cat all'a. ſicut fecit in tp̄e p̄cedēti. ad ſigni
ficandū declinationē a bono quā nobiſ ne
gligentia nr̄a parit. ⁊ cantat all'a in ſpe re-
ſurrectionis. ⁊ gloꝛia in excelſis deo. ꝓ iu
ſticia reddita. Item quotidie dicit all'a. ſ;
nō gloꝛia i excelſis. vt dicet̄ ſub tp̄e aduē
tus. Cantat etiā all'a poſt graduale in ſi/
gnum laboꝛis ꝑ quē ad patriā vite tranſe
undū eſt. ¶ Ex p̄miſſis colligit̄ euidenter
q̄ recte in p̄ncipio hiemis homo q̄ſi deſpe
rans dicit. Circūdederunt me gemitꝰ moꝛ
tis. In p̄ncipio veris quaſi reſpirans dic̄
Ad te leuaui animā meā. In p̄ncipio eſta
tis architectoꝛ eccl'ie Petrus renatis per
baptiſmum ⁊ illuminatis ꝑ gratiam dicit
Quaſi modo geniti infantes ⁊c̄. In prin-
cipio autumni exultans de dei miſcđia di
cit. Dn̄e in tua miſcđia ſperaui. Sed attē-
dens miſeriam in quā ex ſua negligentia
lapſus eſt ſtatim ſubiungit ꝟſiculum. Vſ
q̄q̄ dn̄e obliuiſceris me in finē. Et gradu-
ale. Ego dixi dn̄e miſere mei. ſana animā
meā quia peccaui tibi. ¶ Ruꝛſus h̄ quat-
tuoꝛ tempa cōſiderant̄ ſcḋm quattuoꝛ prin
cipales diei ꝑtes que ſunt nox ꝑtinens ad
tempꝰ deuiationis. nox em̄ obſcurata eſt.
⁊ idolatre ceci erāt. auroꝛa ꝑtinens ad tē/
pus reuocationis. meridies ꝑtinēs ad tē-
pus recōciliationis ſiue regreſſionis. ⁊ ve
ſpera ꝑtinens ad tempꝰ ꝑegrinatiōis De
ſignant̄ etiā ꝑ quattuoꝛ p̄ncipales chꝛiſti
actiones. que ſunt natiuitas. paſſio. reſur
rectio. ⁊ aduentus ad iudicium. Ad nati-
uitatem ꝑtinent circūciſio. apparitio. ba/
ptiſmus. ⁊ purificatio. Ad paſſionem. ie/
iunium. ⁊ temptatio. Ad reſurrectionem
aſcenſio in celum. ⁊ ſancti ſpiritus miſſio.
Ad aduentum ad iudicium. tranſfigura/

tio. ⁊ miraculorū opatio. Item paſſio cō/
parat hiemi. natiuitas veri. reſurrectio e=
ſtati. aduentus ad iudicium autūn⁹ quā/
do vetuſt⁹ dierū ſedebit tenēs ventilabrū
in manu ſua. ⁊ mūdabit areā ſuā ⁊c. Item
natiuitas xp̄i concordat tempi reuocatio=
nis ſeu renouationis ꝓpter ꝓphetas qui
eum multis modis p̄dixerūt. paſſio xp̄i tē
pori deuiationis ꝓpter penā culpe p̄mor
parentum. reſurrectio tempi regreſſionis
ꝓpter leticiā. aduēt⁹ ad iudiciū tpi pegri=
nationis. quia hmōi tps durabit vſq ad
diem iudicij. Vn̄ ꝓpheta. Aduena ego ſū
apud te ⁊ pegrinus ſicut omēs p̄res mei.
Temp⁹ ergo reuocationis ſiue renouatio
nis que facta eſt p legem ⁊ ꝓphas durat
vſq ad natale dn̄i tm̄ vt p̄miſſum ē. Alij
tn̄ dicunt q vſq ad ſeptuageſimā ⁊ ibi in
cipit temp⁹ deuiationis. ¶ Sed ſm p̄mū
dictum querit de tpe qđ ē a natali dn̄i vſ=
q ad .lxx. ſub quo dictorū tpm ꝯtineatur
Sup q̄ dicunt q̄dā q tps qđ ē a natali vſ=
q ad octauas ephie ptinet ad tps regreſ=
ſionis qđ eſt tps gaudij. ſicut ⁊ illud. Vn̄
⁊ in quibuſdā eccleſijs tūc albis vtunt ve
ſtimētis ſicut ⁊ tpe paſcali. neq tunc ieiu=
nat. nec genua flectunt. Reliq̄ vo ps. ſcʒ
ab octauis ephie vſq ad .lxx. ſub tpe per=
egrinationis cōtinet. Et licet Eſaias le/
gat die natalis dn̄i: nō ideo dies illa ē ſm
ipſos de tpe reuocationis. alia em̄ cōſide=
ratione hoc fit ⁊ an̄ euangeliū in noct̄nis
⁊ an̄ epl̄am in miſſa. ſupponit em̄ tūc baſis
colūne. vt p vtrūq teſtamentū natiuitas
xp̄i pbet. Item querit q̄re a tpe veris ſi/
ue renouationis ſiue reuocatiōis incipiūt
eccl'ie officia. Videt em̄ q deberet incipe
a tempe hiemis ſiue deuiationis. quia p̄=
us eſt deuiatio q̄ a deuiatione reuocatio.
Preterea in tpe deuiatiōis legit p̄mus li=
ber theologie. ſ. Geneſ. Sup hoc dicunt
quidā q hoc facit eccl'ia ne incipiat ab er=
rore. Sʒ certe nō dicit tps illud deuiatio
nis eo q eccleſia illo tpe deuiet. ſed q̄a er/
rorē p̄morū pentū recolit vt nos ad pniaʒ
trahat. ⁊ iđ q̄ rō nō placet. Eſt ḡ rō. q̄r em̄
p aduētū dn̄i oia noua facta ſunt. Unde
Apoc. Ecce noua facio oia. Iđ in honorē
aduēt⁹ dn̄i a tpe renouatiōis incipit eccle
ſia officiū ſuū. Preterea ſi icipet ab hieme
vtens v̄bis d eſpationis. poſſet hō illa au

diens deſperare. merito ḡ incipit a vere.
vt cum poſtea audierit v̄ba deſpatiōis n̄
deſperet. quia p̄ceſſit certa ꝓmiſſio vere
liberationis. que fit in aduētu. Incipit er
go a tpe renouationis ſeu reuocationis. i
quo tenet ratio. ¶ Qui aūt libri quib⁹ tē=
poribus legant breuiter ē videndū. Et q̄=
dem in pleriſq locis ab aduentu dn̄i vſq
ad natale ei⁹ legit Eſaias. qui q̄to d xp̄o
vrbanius ceteris ꝓphetauit tanto natiui
tati ei⁹ legit vicini⁹. p̄terq in ieiunijs q̄tu
or temporū que ꝓprias habēt lcōnes. In
ipſa etiam natiuitate nō ſolū de illo legit ⁊
cantat ſed etiā de cauſis ipi⁹ feſtiuitatis.
put in omib⁹ fieri ſolet feſtiuitatib⁹. quod
fit ad oſtendendū magnū gaudiū nob ce=
litus datum. In p̄ma vo dn̄ica poſt nata
le legit in quibuſdam eccleſijs de epiſtol'
pauli ad ipſam ptinētibus natiuitatē. In
octaua natal' de ſmōib⁹ ⁊ d omel'. euāge.
eiuſdē diei. In ephia de eſaia ſm Gelaſiū
papam. In octaua ephie de omelia euāge
lij eiuſdem diei. Ab octaua ephie vſq ad
lxx. canit de pſalmis. ⁊ legunt epl'e pauli
in q̄bus legit d labore ⁊ lucta ⁊ pugna ei⁹
In .lxx. vo vſq ad dn̄icaʒ an̄ ramos pal/
maruʒ legit pentateucus. Septuageſima
em̄ tempus noſtre captiuitat/ ⁊ pene⁊ cul
pe deſignat. de qua myſtice ad hieruſaleʒ
redire debem⁹ ſicut p hebreos olim de ba
bylonica captiuitate exeuntes figuratū ē
Ut ergo memores ſint captiuitatis ſue q̄
ſurſum tendunt. legitur primo de adam
qui in principio mundi factus eſt et de eie
ctione eius de paradiſo. deinde de dilu/
uio. et quomodo abraam exiuit de terra
ſua: et de mundi huius laboribus. ad ex/
emplum patientie. Et ſicut olim hebrei ca
ptiuati ducti in babyloniam in triſticia fu
erunt fere vſq ad finem .lxx. annorum. et
conceſſa ſibi licentia repatriādi gauiſi ſūt
licet non plenarie. ita et nos fere vſq ad fi
nem .lxx. dierum ſcʒ in ſeptuageſima tace
mus voces ⁊ cantica leticie. vt premiſſuʒ
eſt. ⁊ ibi. ⁊ ſub ti. de tempe aduentus dice
tur. Quindecim tamē dieb⁹ ante paſca le=
gitur Hieremias. quia ille aperti⁹ q̄ alij d
paſſiōe tractauit. ⁊ in ꝓpria perſona paſ=
ſionem dn̄i preſignauit. Ab octaua vo pa
ſce .xv. diebus. vel ſm alios vſq ad q̄rtā
dominicam poſt paſca. Apocal'. legitur ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cantat̃ ꝓpter myſteria paſſionis ⁊ reſur-
rectionis que iohanni reuelata ſũt. ⁊ apo-
ſtoli predicauerunt. In Apoc. em̃ fit men
tio de ciuitate noua hieruſalẽ. Deinde vſ
q; ad aſcenſionẽ legunt̃ ep̃le canonice: et
actus ap̃loꝝ. ⁊ cantat̃ de pſ̃. quia ⁊ Da/
uid ꝓphetauit de paſſione ⁊ reſurrectione
⁊ aſcenſione. ⁊ apoſtoli p̃dicauerũt que a
dño didicerunt vſq; ad aſcenſionẽ ei⁹ cor/
porali p̃ſentia ꝑfruentes. Inter aſcenſio-
nem vero ⁊ penteco. cantat̃ de ipſo feſto.
quia diſcipuli ſurſum ſubleuati promiſſa
p̃ris munera expectabãt. Ab octauis pen
teco. vſq; ad kal̃. Auguſti. legunt̃ libri re
gum ⁊ paralipomenon. ⁊ cantat̃. de⁹ om-
niũ. quia ſicut ſamuel ſaul dauid ⁊ alij ꝓ
lege dñi pugnauerunt. ſic ⁊ nos poſtq̃ ac
ceperim⁹ donũ ſpũſſancti in baptiſmo. v̾
tute debem⁹ pugnare cõtra demones for
mati nati nutriti ⁊ armati. A kalẽdis au-
guſti vſq; ad kalendas ſeptembris legit̃ ⁊
cantat̃ de ſapientia. quia in pugna maxie
neceſſaria eſt ſapiẽtia. vel quia auguſt⁹ ſe-
xtus eſt mẽſis. ⁊ in ſexta etate qua de⁹ ve-
nit debemus ꝓpter ei⁹ p̃ſentiã ſapiẽter vi
uere. quia int̃ nos audita eſt ſapiẽtia ipſa
que ex ore altiſſimi ꝓdijt. Rurſus menſis
ille calid⁹ eſt ⁊ medi⁹ in anno. ꝑ qđ media
hoĩs etas deſignat̃. ⁊ in media eſtate. vbi
quiſq; ab eſtu vitioꝝ plus accendit̃ plus
ſuccurrere debet ſapiẽtia. In kal̃. ſeptem
bris legit̃ ⁊ cantat̃ de Iob Thobia Heſ-
dra Iudith ⁊ Heſter. quia hi aduerſa pa
tienter ſuſtinuerunt. ⁊ eccleſia in fine mun
di aduerſa om̃ia ꝓ dño tolerabit. A kalẽ/
dis octobris vſq; ad nouẽbrẽ leguntur li
bri machabeoꝝ ⁊ cantat̃ de eis. quia iſte
octauus menſis leticiã reſurrectionis my
ſticat. quia ſicut iudei finitis p̃lijs ⁊ reſtau
rato templo. in hymnis ⁊ cõfeſſionib⁹ bñ
dicebant dñm. ſic in gloria reſurrectionis
⁊ magne feſtiuitatis deuictis p̃lijs diabo
li ſancti ⁊ iuſti in dño feſtiuabunt ⁊ gaude
bunt. iuxta illud. Beati qui habitãt in do
mo tua dñe. A kal̃. nouembris vſq; ad ad
uentum dñi legit̃ Ezech. ⁊ Daniel. ⁊. xij.
ꝓphete minores cũ reſponſorijs. ſ. Uidi
dñm. ⁊c̃. Ezechiel em̃ vidit quattuor ani-
malia in figura quattuor euangeliſtarum
qui natiuitatem paſſionẽ reſurrectionez ⁊
aſcenſionem docuerunt. Iſti ergo iđo añ

aduentum legunt̃. quia clarius chriſti ad
uentum predixerunt. Deniq; Aureli⁹ pa-
pa in burcardo libro. iij. ca. hi qui. ſtatuit
vt hi qui inuenti fuerint libros famoſos ⁊
ignotos in eccleſia legere vel cantare ex/
cõmunicent̃. Ex premiſſis ergo liquet q̃ i
eccleſia libri noui ⁊ veteris teſtamenti le-
guntur. quod etiã in ſuis locis dicet̃. ⁊ de
ordine etiam libroꝝ dicet̃ ſub dñica. xj.
poſt penteco. Et eſt notandũ q̃ teſtamen
tum dupliciter accipit̃. Nam ꝓmiſſio ipa
ſcʒ id quod teſtat̃ ſeu legit̃ dicit̃ teſtamen
tum. Unde nouũ teſtamentũ dicit̃ gratia
fidelibus promiſſa. ſ. fides. charitas. cete-
req; virtutes. ſiue vita eterna in futuro. ⁊
virtus in p̃ſenti vita. Et apoſtol⁹. Iđ no
ui teſtamẽti mediator eſt vt repromiſſiõez
accipiant. qui vocati ſunt hereditatꝭ eter-
ne. Scriptura etiam qua illa ꝓmittuntur
dicit̃ teſtamentũ. Unde nouũ teſtamẽtuʒ
dicit̃ ſcriptura noui teſtamẽti. ⁊ vet⁹ teſta
mentũ dicit̃ ſcriptura veteris teſtamenti.
Et hec q̃ſi humana ſimilitudine dicuntur
Sicut em̃ qui teſtamentũ condit heredeʒ
inſtituit. cirographum facit. teſtes aduo-
cat. agenda ꝑ heredem indicit. ſic ⁊ deus
pater volens filios iſrael in terra ꝓmiſſio
nis heredes inſtituere. cirographum fec̃.
id eſt. legẽ dedit. teſtes aduocauit. ſ. moy-
ſen ⁊ aaron. ⁊ agenda ꝑ illos edixit. ⁊ hoc
eſt vetus teſtamentum. Sed quia illđ trã
ſitoria ⁊ tp̃alia re ꝓmittebat iđ xp̃s volẽs
xp̃ianos. ſ. fideles et̃ni hereditatꝭ heredeſ
facẽ. ꝯñter nouũ teſtm̃ ꝯdidit. ſ. euãgeliũ
aduocauit teſtes. ſ. ap̃los. eiſq; agẽda idi-
xit. qđ teſtamẽtũ tandẽ morte ꝓpria cõſe-
crauit. Preterea teſtm̃ ẽ teſtatio mẽtis q̃
q̃ſq; qđ mẽte ꝯcipit ore teſtat̃. ⁊ ꝑ ſcriptu
ram corroborari iubet. Uñ etiã hac ſimilitu-
dine h̃ ⁊ illa ſcp̃tura đr teſtm̃. Ceterũ iđ illa
ſcriptura dicit̃ vetus teſtm̃. Primo q̃r ve
tera. id ẽ. terrena ſcʒ ad veterẽ hoiem ꝑti-
nentia ꝓmittebat dicẽs. Si h̃ ⁊ illa feceri
tis bona terre comedetis. Et iterũ. Terrã
fluentem lacte ⁊ melle dabo vobis. ⁊ ſilia
Unde illud vetus ⁊ tranſitoriũ fuit. Se-
cundo dicit̃ vet⁹ teſtamẽtũ. quia ꝑ veterẽ
hoiem. ſ. ꝑ Moyſen veterẽ vetuſtate pec
cati miniſtratũ fuit. Tertio quia nouo ſup
ueniẽte ceſſauit ⁊ deſijt tãq; aliq̃d vetuſtũ
Uñ ap̃ls. Uetera trãſierũt. ecce noua fa-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cta ſunt om̄ia. Quarto dicit̄ vetus reſpe-
ctu noui. quia eo fuit antiquiꝰ tempore.
Quinto quia a vetuſtate peccati nō libe/
rat. Hec ṽo ſcriptura nouū dicit̄ teſtamē
tuꝫ. Primo quia noua. i. celeſtia ſcꝫ ad ce-
leſtis hominis conſeruationē ꝑtinentia ꝓ
mittit dicens. Qui agrū aut domū ⁊c̄. re/
liquerit centuplum accipiet. ⁊ vitā eternā
poſſidebit. Scđo dicit̄ nouū. quia per no
uū hoiem. i. ab om̄i peccato immunē. ſ. ꝑ
chriſtum miniſtratū eſt. Tertio dr̄ nouuꝫ
id ē. vltimū. quia nouiſſimū homis teſta/
mentuꝫ immobile ꝑſeuerat. qđ teſtatoris
obitu cōfirmat̄. Hinc etiam dicit̄ eternuꝫ
id eſt. ꝑpetuū quaſi durabile ac imutabi-
le. de quo dictū eſt in quarta ꝑte ſub. vij.
ꝑticula ſecrete. ſuꝑ ṽbo noui ⁊ etni. Chri
ſtus em̄ iā nō morit̄. ⁊ mors illi vltra non
dn̄abit̄. Quarto dicit̄ nouū reſpectu ve/
teris. quia illo magis ē nouū temꝑe. vl̄ qꝛ
vetus lex eſt quaſi radix ip̄m ṽo nouū te
ſtamentum eſt quaſi fructus. Quinto q̄a
innouat. nō em̄ illud diſcūt niſi hoies re/
nouati ex vetuſtate ꝑ grām ⁊ ꝑtinētes iā
ad nouū teſtamentū qđ eſt regnū celoꝝ.
Circa libros eccl'iaſtici officij eſt ſciēdū
ꝙ ip̄m officiū cōſiſtit in cantu ⁊ in lectiōe.
De cantu tres ſunt libri. de lcōne ſex. Sūt
etiā quidā alij libri eccl'iaſtici ꝓut in ſecun
da ꝑte in fine tractatꝰ de ſacerdote dictū ē
Sane tres libri de cantu ſunt antiphona-
rius. graduarius. et trophonarius. An/
tiphonarius a digniori videlicet ab an/
tiphonis. nomē ſumpſit. quas btūs igna/
tius patriarcha audiuit ꝑ angelos decan
tari. cū tn̄ ibi ſint rn̄ſoria atꝗ ṽſus In ple
riſqꝫ tn̄ locis liber ille rn̄ſoriū a rn̄ſorijs q̄
ibidē cōtinent̄ appellat̄. Graduariꝰ dictꝰ
eſt a gradualibꝰ que in eo cōtinent̄. q̄ a plu
ribꝰ officiariꝰ nūcupat̄ ab officijs ſeu itro
itibus qui ibi cōtinent̄. Graduale dictū ē
a gradibꝰ. ꝓut dcm̄ ē in q̄rta ꝑte ſub ti. de
graduali. De intitulatiōe antiphonarij g̃
duarij. ⁊ lectionarij in ſequēti ti. dicetur.
Trophonariꝰ eſt liber cōtinēs tropos. i.
cantꝰ. qui cū introitu miſſe dicunt̄ ꝑſertiꝫ
a monachis. Vocant̄ etiā tropi ſequētie
ſiue ꝓſe ⁊ kyrie eleyſon ⁊ neume. Et dici-
tur a tropos quod eſt conuerſio. de quo i
eadem ꝑte ſub ti. de iutroitu dictū ē. Qui
dam etiam hunc librū ꝓſarium a ꝓſis ap

pellant. Vitalianus papa cantū romanū
inſtituit ⁊ organa cōcordauit. Ceteruꝫ
libri lectionis ſunt iſti. Primus eſt biblio
teca. ſecūdus omelarius. tertius paſſiona
rius. quartus legēdarius. q̄ntus lectiona
rius. ſextus ſermologus. Bibliotheca a
greco nomen accepit. ⁊ eſt nomen equiuo
cum ſcꝫ locꝰ in quo libri reponunt̄. ⁊ volu
men ex om̄ibus libris veteris ⁊ noui teſta
menti a hieronymo cōpactum. Omeli
arius eſt liber cōtinens ſanctorū omelias
⁊ legit̄ in dn̄icis ⁊ in natali. ⁊ in feſtis ſan-
ctorū ꝓpria euāgelia habentiū. ⁊ in paſca
⁊ in pente. cum ferialibꝰ eorundē. Omelia
aūt idem eſt quod bona laus ſiue verbuꝫ
ad populū. Et nota ꝙ plures fecerūt ome
lias videlicet Auguſtinus. Hieronymus
Beda. Origenes. Gregorius. ⁊ alij. Be-
da tn̄ alias nō compoſuit niſi q̄s Auguſti
nus compoſuerat ſed ſuis verbis eaſdem
ſupueſtiuit. Nā Auguſtinus ṽba diſpu/
tationis habuit. Beda ṽo ſtilū ſmonis ⁊
lectionis. Quare Beda vocat̄ venerabil'
in. vij. ꝑte ſub eius feſto dicet̄. Item non
om̄es omelie autentice ſunt vt quedā ori-
genis. qui ad hereſim dicit̄ declinaſſe Ali
que tn̄ omelie ipſius a beato Hieronymo
teſte papa Gelaſio legunt̄ fuiſſe correcte
ſeu approbate. ⁊ q̄n ille in eccl'ia legūt̄. no-
men actoris ꝓpter hereſim infamiā ſubti-
cetur. ſicut ⁊ nomen ſalomonis qui dece-
ptus fuit a mulieribus tacet̄ in lectionibꝰ
ꝓpter infamiā idolatrie. ſed dr̄ lcō libri ſa
pientie. ſic etiaꝫ quia moyſes heſitauit ad
aq̄s cōtradictiōis. qꝛ dn̄m exacerbauit. n̄
dicit̄ lectio libri Genes moyſi legiſlatoris
ſicut dicit̄ lcō libri Apoc. bti Johannis
apoſtoli. De hoc agit̄ in ꝓhemio quinte
ꝑtis. ⁊ ſub ſabbato paſcali. Volūt tn̄ qui-
dam ꝙ in ꝑ̀ncipio omeliaꝝ ipiꝰ dicat̄ ome
lia origenis correcta ſeu approbata a Hie-
ronymo. Et in ſequētibꝰ dici debet ome-
lia eiuſdē. Paſſionariꝰ eſt liber ꝯtinēs
paſſiones ſanctorū. ⁊ legit̄ in feſt' martyꝝ
Plures aūt ſunt paſſionarij quorū q̄dam
canonizati ſunt. q̄dā vero teſte papa Ge/
laſio ſunt apocriphi. vt de beato Georgio
⁊ Cirico ⁊ Julita. ⁊ alij quidā q̄s heretici
compilaſſe dicunt̄. quare in eccl'ia legi in-
terdicuntur. Ancherus papa ſtatuit mar
tyrum geſta ſcribi. ⁊ in eccleſijs haberi. ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc ꝑpter maximũ p̃ſbyterũ martyrio co
ronatũ. ¶ Legendarius aũt vocaẗ liber
ille. vbi agiẗ de vita ⁊ obitu confeſſorum.
vt Hilarij Martini. ⁊ aliorũ confeſſoruꝫ
⁊ legiẗ in feſtis eorũ. dum tñ autẽticar⁹ ſit
¶ Lectionari⁹ eſt in quo lcões epl̃arum
pauli ⁊ alie leguntẽ. qui qñqꝫ epiſtolarius
diciẗ. ⁊ etiam legendarius dici poteſt.
¶ Sermologus ẽ liber cõtinens ſmones
quos Leo papa ⁊ alij plures ſancti cõpo
ſuerunt. ⁊ legiẗ in feſtis confeſſorum a na
tali vſqꝫ ad octauas ephie. in purificatiõe
beate marie ⁊ in feſto omniũ ſanctorum. ⁊
in plurib⁹ alijs. ¶ Cõſiderandũ quoqꝫ ẽ
triũ ſcripturas p̃cipue in eccleſia frequen
tari. ſ. dauid ꝓphete q̃ fuit homicida. pro
ditor. ⁊ adulter. mathei apl̃i q̃ fuit publi/
canus. ⁊ in hoc ipſo infamis. ⁊ pauli qui
fuit crudelis chriſti ⁊ eccl̃ie ꝑſecutor. ⁊ eti
am Auguſtin⁹ qui fuit maniche⁹. ⁊ tẽpo/
re theodori imꝑatoris cõuerſus ẽ. qꝺ fit i
exẽplũ videlicet vt alij peccatores nõ de/
ſperent ſ ſperẽt. ſi tñ penituerint. poſſe ve
niam cõſequi. q̃ntũlibet graui noxa ꝑple/
xi ſint. ⁊ orões ⁊ elemoſynas eoruꝫ poſt
penitentiã poſſe deo placere. ¶ Et ẽ ſcien
dum ꝙ btũs Hieronym⁹ tempe Damaſi
pape correxit pſalteriũ. lxx. interp̃tuꝫ qꝺ
tunc cantabaẗ vbiqꝫ. ⁊ adhuc iux̃ ordina
tionem Gregorij pape qui poſtremo offi=
cium eccleſiaſticũ ordinauit ſm illud anti
phonas. reſponſoria. alleluia. tractus. et
alia quedã in eccl̃ia decantamus. Subſe=
quẽter ꝟo pſalterio ipo iterato corrupto
idem Hierouym⁹ illud de nouo itegre ex
greco trãſtulit in latinũ ꝑut ipſe in ipſius
pſalterij ꝓhemio atteſtaẗ. qꝺ nouũ dict⁹
Damaſus rogatu ipſius Hieronymi iſti/
tuit decantari. ⁊ vulgariter gallicũ appel=
laẗ. ⁊ q̃ſi vbiqꝫ legiẗ ⁊ fere cõiter cũ ſuo ꝓ
hemio in textu biblie habeẗ. Premiſſum
ꝟo pſalteriũ ſm. lxx. romanis remanſit. ⁊
hodie illo vtunẗ. Deniqꝫ idẽ Hieronym⁹
attendẽs ꝙ iudi nobis iꝓperabãt ꝙ pſal
teriũ falſificauerim⁹. qm̃ a ſuo ꝟo diſcor/
debat. tertio pſalteriũ de ꝟbo ad ꝟbuꝫ ex
hebreo trãſtulit in latinuꝫ qꝺ in plurib⁹ a
gallico diſcrepat ac romano. pauci tñ illꝺ
habẽt. q̃uis ab omib⁹ ⁊ in textu biblie de
beret haberi. Et nota ꝙ q̃dã portãt pſal=
teriũ. ſ in eo nõ pſallũt. ꝑut dcm̃ ẽ in ti. de

laudibus matutinis. Qui ſint dñici dies
⁊ priuilegiati ⁊ p̃ncipales. ⁊ q̃liẗ dies dñi=
ca maior ẽ alijs dieb⁹. quib⁹ noib⁹ dies ſe
ptimane appelleẗ. ⁊ q̃ ſint dies ꝓfeſti. q̃ fe
ſtiuales ſiue ſolẽnes. in ꝓhemio. vij. ptis
diceẗ. ¶ Gregori⁹ papa inſtituit ne in ec=
cleſia romana diaconi cãtare debeant. ſed
ſolum euangelice lectionis officiũ inẗ miſ
ſarũ ſolennia exoluant. Pſalmos vero ac
reliquas lectiones ſubdiaconi. vel ſi ne=
ceſſe fuerit minores ordines exhibeant ſi
ue dicant.

¶ De tempore aduentus.

Q Voniaꝫ ſicut q̃
pmiſſum eſt eccleſiaſtica officia
ab aduentu dñi quod eſt tem/
pus renouationis incipiunt. merito ab h
tempe ducimus initiũ aſſumẽdũ. ¶ Pre=
notandũ igiẗ eſt ꝙ beatus Petrus primo
inſtituit tres ſeptimanas integras añ na=
tale venerari in cõmemorationẽ aduẽtus
chriſti. ⁊ quartã que tñ nunq̃ꝫ ꝑficiẗ. quia
vigilia natalis nõ eſt de aduentu vt infra
diceẗ. Agitur ergo aduentus domini per
quatuor hebdomadas. ad ſignificandum
ꝙ ẽ quadruplex aduẽtus filij dei. ſ vltia
nunq̃ꝫ finiẗ. quia ſcõꝝ gloria q̃ dabiẗ i vl=
timo aduẽtu ſcꝫ ad iudiciũ nunq̃ꝫ ẗmina/
biẗ. ¶ Prim⁹ aduẽtus ẽ in carnẽ. ſ. in vte
ro ꝟginis aſſumptã. De q̃ dictũ ẽ. Oſan=
na filio dauid bñdict⁹ q̃ venit in noie dñi
¶ Scđs in mentẽ. qui deſcẽſus fit quoti=
die in cordib⁹ fideliuꝫ ꝑ ſpm̃ſcm̃. De quo
Ioh. xiiij. c. Ad eum veniemus. ⁊ mãſio=
nem apud eum faciem⁹. Et dicit Sapiẽs
Dñe emitte ſapientiã tuã vt mecũ ſit. De
his duob⁹ habeẗ Abacuc. ij. Si morã fe=
cerit expecta eũ. quia veniens veniet ⁊ nõ
tardabit. ¶ Tertius aduẽt⁹ ẽ in morte cu
iuſlibet hois. De quo dicit btũs iacobus
Patiẽtes eſtote vſqꝫ ad aduentum domi
ni. Et Mat. xxiiij. Si ſciret paterfamili
as q̃ hora ventret fur ⁊c̃. Iõ ⁊ vos eſtote
pati ⁊c̃. Et iterꝫ. Si i p̃ma vigilia venerit
id ẽ. i iuuẽtute. ⁊ in ſcđa ⁊c̃. ⁊ ita iuenerit.
ſcꝫ in pñia. beati ſunt ſui illi. ¶ Quartus
erit in maieſtate. qui erit in die iudicij. De
iſto legiẗ Eſa. iij. c. Dñs ad iudiciũ veni
et cum ſenioribus populi ſui. ¶ Et nota
ꝙ p̃mus aduentus liberauit anias a dia=

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

boli ſeruitute. ſecund⁹ liberat eas a pecca
to. terti⁹ a pena. quartus corpora liberat.
¶ Verũ eccl'ia nõ celebrat niſi duos aduē
tus. ſ. in carnē ⁊ ad iudiciũ. Nã p̃mũ et ſe=
cundũ reputat ꝓ eodē. ideo em̃ venit i car
nem vt veniat in mētē. Jõq; dcm̃ eſt. Ve
niens veniet ⁊ nõ tardabit. Veniēs ſcʒ in
carnē. veniet ſcʒ in mentē. Et iterũ. Quia
vterq; miſcðie ē. Siĺiter terti⁹ ⁊ q̃rt⁹ ha/
bent ꝓ eodē qꝛ vterq; ē iuſticie rõne vni⁹
effectus. Celebrat ergo eccleſia aduentuʒ
hmõi ſub binario vt filijs ſuis generet ti=
morē ⁊ amoreʒ dei. Vñ in pſ̃. Eleuamini
porte eternales. ⁊c̃. timor dñi ſcũs q̃ pma
net in eternũ ⁊ amor ſcʒ ipſi⁹ qui ſimilit̃ in
eternũ durabit. Vñ. j. ad Cor. xiij. cap.
Charitas nunq̃ excidit. Timorē aũt de/
bem⁹ ei vt dño. amorē vt patri. Vñ Ma
lach. ij. Si ego ſum pater vbi ē amor. et ſi
dñs vbi ē timor. Celebrat̃ ĝ aduēt⁹ ꝑ q̃ttu
or ſeptimanas In p̃ma ſpecialit̃ de primo
aduentu cantat eccl'ia. in ſcða ⁊ tertia ð ſe
cundo. ⁊ hoc ideo. qꝛ antiqui p̃res p̃mum
aduentũ tm̃ expectauerũt. ſcðm ꝯo antiq̃
⁊ moderni. In q̃rta ꝯo ſeptimana recolit
eccleſia tps in quo dñs deſcēdit in vteruʒ
ꝟginis. Vñ tunc dicit̃. Rorate celi deſu=
per. ⁊ nubes pluãt iuſtum. apiat̃ terra et
germinet ſaluatorē. Jtē tps a p̃mo aduen
tu vſq; ad ſcðm recolit eccl'ia int̃ pente. et
aduentũ dñi. in quo cantat alleluia. in ſpe
reſurrectionis. ⁊ Gloria in excelſis deo. ꝓ
iuſticia reddita. Et dicit quotidie all'a. q̃a
ſpes eius nõ infirmat̃. ſed gloria in excelſ
deo nõ dicit quotidie. ſed tantũ in feſtis.
quia ſemꝑ in fide non ſemꝑ in operib⁹ lau
dat. quotidie em̃ offendit. licet ſemꝑ in fi=
de iuſticiam teneat. De hoc dictũ eſt in ꝓ
hemio huius ꝑtis ⁊ dicet̃ ſub titulo de ſe
ptem dieb⁹ poſt paſca. ¶ Ceterum ꝑ tres
aduentus hebdomadas p̃res triũ tpm ac
cipimus. Primi fuerunt ante legem. qui
procul a deo remoti clamabant. Ad te le/
uaui. Secundi ſub lege qui doctrina legi
inſtructi. ⁊ ideo ad lumen ꝓpi⁹ acceden/
tes. in introitu pl's ſyon appellant̃. Tertij
fuerunt ꝓphete p̃ſertim illi quos inuenit
chriſti natiuitas. vt ſimeon. q̃bus quia re
demptor eſt ꝓpe: dicit̃ in introitu gaude/
te. Aſſerunt etiam quidã q̃ in officio p̃me
hebdomade agitur de vocatiõe iudeorũ.
In officio ſcðe de vocatiõe gentium. Vñ
ibi dicit̃. Ad ſaluandas om̃es gentes. In
officio tertie de vocatione vtriuſq; popu=
li. Vnde ibi dicit̃. Nota ſit omnib⁹ homi=
nibus. ¶ Rurſus cantat̃ in prima in per=
ſona iohannis. in ſecũda ꝓphetarum. in
tertia apoſtolorũ. in quarta in perſona do
ctorum. ¶ Tempore aduētus dicet̃ Glo
ria in excelſis deo. quod ꝑtinet ad natiui=
tatem. vt in nocte natiuitatis deuotius et
auidius decantet̃. ⁊ ad notandum hunc
hymnũ p̃mo fuiſſe in nocte ab ãgel' decãta
tum. q̃q; maior gloria chriſti eſt in eccl'ia
tempe noui teſtamēti q̃ꝫ fuit in veteri. Ta
cet̃ etiam ite miſſa eſt. qð ꝑtinet ad reſur/
rectionem Merito aũt tacet̃ vtrunq; in
aduentu. quia nunc vtrũq; expectat̃. Pa
ri etiam ratiõe tacet̃. pax vobis. quod ſil'r
ꝑtinet ad reſurrectionem. Tacetur etiam
Te deum laudamus. quia noudum pre=
ſens eſt quem expectamus. ⁊ ad p̃ſentes
tantum hoc cantico vti ſolemus. Et nota
q̃ hec tria nõ ſemꝑ ſe concomitant̃. vt di=
cetur in ꝓhemio. vij. ꝑtis. Sed quare al/
leluia non dicet̃ hoc tempe cum ſit cãticũ
leticie. nam in aduentu eſt ieiunium. nec
tunc nuptie celebrantur. Preterea aut eſt
ieiunium meroris. aut exultatiõis. Si me
roris om̃ia cantica exultationis debēt ta=
ceri. Si exultationis omnia debent dici.
ergo ⁊ gloria in excelſis. Solutio. Hoc ie
iunium eſt partim exultationis ⁊ ꝑtim me
roris. Exultationis eſt ratione primi ad/
uentus ſcilicet in carnem. de quo mentio
fit in hoc tempe. Meroris eſt propter ſe/
cundum aduentum. ſcilʒ ad iudicium. de
quo fit etiam mentio. ⁊ ideo in ea quedaʒ
cantica leticie dicuntur propter aduentuʒ
miſericordie et exultationis. et quedam
ſubticentur ⁊ ieiunatur propter aduentũ
ſeuere iuſticie et meroris. Alleluia ergo ñ
ſubticetur. quoniam tempore aduent⁹ ali
quid eſt leticie propter ſpem quam habu
erunt antiqui de chriſti incarnatione. ⁊ ꝓ
pter noſtram certitudineʒ quam habem⁹
per primum aduentum de futura glorifi=
catione. Sed in ſeptuageſima non ſic. qꝛ
totum tempus illud meroris eſt. et ideo
tunc non dicuntur cantica angelorum ſed
hoim. vt ibi dicet̃. ¶ In feſtĩ ꝯo nouē lcõ
num que occurrunt in aduentu. debet ce/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lebꝛari miſſa de feſto ſolẽnis in tertia cum
gloꝛia in excelſis. ⁊ ite miſſa eſt. Et depo/
nunt cape nigre ſeu violacee. ⁊ aſſumunt
ſolennes a miniſtris ⁊ a ſacerdote. ꝓut fe-
ſtum requirit. In hoꝛa ꝟo nona de ieiu/
nio miſſa dicit. ⁊ tunc dalmatice ⁊ ſbtilia
ſiue tunicelle dimittunt. ⁊ cõpetentes tpi
⁊ ieiunio reſumunt. ſicut in tertia pte ſb ti
tulo de dalmatica dictũ eſt. ¶ Hoc quoqꝫ
tempe officiũ beate virginis non dicit in
eccleſia. quia totũ officiũ huiꝰ tempis ad
laudem eiꝰ ptinet. Et nota ꝙ Urbanꝰ pa-
pa. ij. in cõcilio apud claromontẽ celebꝛa-
to ſtatuit. vt officium beate ꝟginis quoti
die diceret. ⁊ i die ſabbati ſolẽniter fieret
in quo officio matutino dicunt ille lectio-
nes O beata Maria quis digne. ſumpte
ex illo ſermone Auguſtini. Loquamur di
lectiſſimi ⁊c. ¶ Hoc etiam tempe non de/
bet fieri ſpecialiter cõmemoꝛatio alicuius
ſancti ꝓcedentiũ chꝛiſti aduentũ. qꝛ omẽſ
illi in infernũ deſcenderũt. ⁊ ideo eccleſia
occidentalis ꝓ eis nõ ſolẽniſat. nec etiam
ſequentium. quia cum hoc tempe eccleſia
de aduentu filij dei ſolẽnizet. nõ eſt alioꝛũ
ſolẽnitas admiſcẽda. imo minoꝛ cedit ma
ioꝛi. quia adueniente ꝑncipe ceſſat magi-
ſtratꝰ. Idcirco cum ipe ſit ꝓmiũ ⁊ coꝛona
ſanctoꝛũ oim. ⁊ ſit omĩa in omibꝰ ⁊ ſuffici
entia ſinguloꝛũ ſupfluũ foꝛet recurrere ad
alioꝛũ ſuffragia mendicata. Generalis tñ
cõmemoꝛatio oim ſanctoꝛũ bene ſit qm̃ lꝫ
ſancti ex aduentu filij dei ſpeciale gaudiũ
⁊ premiũ aſſecuti fuerint. maius tamen ⁊
generale gaudiũ eoꝛũ extitit. quia creatu-
ram rõnalem ex vnione ad diuinã naturã
viderunt ineffabiliter ſublimatã. Quia ꝗ
bonũ cõmune ꝑponderat pticulari ⁊ ꝑ cõ
ſequẽs generale. gaudiũ eoꝛũ gaudio ſpe
ciali quia illud qđ ꝓmiſſum ẽ fuit oibꝰ ſan
ctis vtriuſqꝫ teſtamẽti ad gaudiũ. idcirco
cõueniens eſt vt tpe ipſiꝰ aduẽtꝰ eoꝛũ gau
diũ cõiter ⁊ generalit̃ recolat. Et in gene-
rali oim ſcõꝝ cõmẽoꝛatiõe ſingul̃ diebus
dr̃ antiphona illa. Ecce dñs veniet ⁊c. ꝗ
ptinet ad quartũ aduẽtum. in ꝗ apparebit
gl̃ia ſcõꝝ. Dr̃ etiã cũ ipa antipħa oꝛo illa
Cõſciẽtias nr̃as q̃s dñe viſitãdo purifica
⁊c. in ꝗ ſilit̃ ꝯcoꝛdãdo cũ antipħ. fit gene-
ralit̃ cõmemoꝛatio de oibꝰ ſcis duꝫ dr̃ ibi.
vt veniẽs cũ oibꝰ ſcis. ⁊ tũc ptinet ad q̃rtũ
aduẽtũ. ſ. in maieſtate. In multi tñ loci ſb
trahunt ꝟba illa. cũ oibꝰ ſcis. ⁊ tũc ptinet
ad ſcđm aduentũ. ſ. in mentẽ. Nõ fit etiaꝫ
cõmemoꝛatio de cruce ſic̃ fit in alijs tpibꝰ.
ne ꝑus videat dñs paſſus q̃ꝫ natꝰ. ⁊ iterũ
ne fiat ꝫ illud ꝓceptũ. Exo. xxiij. ⁊ xxiiij.
Nõ coques edũ in lacte matris ſue. i. chꝛi
ſtum nõ crucifiges dum adhuc tener ⁊ la/
ctens ẽ. Cõtra hoc ꝓceptũ fecerũt iudei ꝗ
xp̃m eadẽ die. i. eadẽ ſexta feria in qua vt
ꝗdã dicũt cõceptꝰ ẽ crucifixerũt. Notãdũ
aũt ẽ ꝙ tpe aduẽtꝰ oẽs antiphone dñica-
les in matutinis laudibꝰ terminant ꝑ alle
luia ad ſignificandũ gaudiũ de certitudie
aduẽtus ſaluatoꝛis habitũ. vt in matutio
officio ſit q̃ſi ꝓdictio ⁊ in matutinis laudi-
bus notet exultatio. Itẽ in ꝑma ſcđa ⁊ ter
tia hebdomada repetunt rñſoꝛia dñicalia
ꝗ in q̃rta ſunt ſpãlia ꝗ ꝑ hebdomadã cãtã
tur. ⁊ ſunt. xv. qꝛ ille expectat vẽturꝰ ꝗ in
ſtituerat vetꝰ teſtamẽtũ ⁊ erat inſtiturꝰ no
uum. Quidenariꝰ eñ numerꝰ cõſiſtit ex ſe
ptenario ⁊ octonario. at ſeptenariꝰ adve-
tus. octonariꝰ ꝟo ad nouũ refert teſtamẽ
tũ. In ſingulis q̃ꝫ ſeptimanis cãtus reno-
uat ꝓpt gaudiũ ꝓficientiũ ꝗ ꝓficiũt de ꝟ
tute in ꝟtutẽ vt videant deũ deoꝛũ in ſyõ
¶ Illud etiã nõdũ ẽ ꝙ ꝑma dñica aduẽ-
tus nũqꝫ eẽ põt añ q̃nto kal̃. decẽbꝛis. nec
etiã poſt tertio nonas decẽbꝛis ꝗ q̃cũqꝫ il/
larũ. vij. lr̃arũ que int̃ dictas kal̃. ⁊ nonaſ
includunt repñtauerit dñicam ibi ẽ ꝑma
dñica aduẽtꝰ. Sꝫ ⁊ in dñica ꝓximioꝛi fe/
ſto beati andree. vel kal̃. decẽbꝛis. ſiue añ
ſiue retro eſt ſemꝑ initiũ aduẽtꝰ ⁊ ſi ipſuꝫ
feſtũ cadit in dñica ibi etiam eſt initiũ ad-
uentus. ¶ Aduentus cõtinere debet. xxj.
dies. i. tres ſeptimanas integras ad minꝰ
ꝓter vigiliã natalis dñi. verũtñ cũ aduen
tus incipiat a die dñica ſi foꝛte cõtingat ſi
militer natale in die dominica vere opoꝛ-
tet tempus aduentus per quatuoꝛ hebdo
madas pꝛotelari alioquin vigilia natalis
⁊ ſabbatum quattuoꝛ tempoꝛũ concurre-
rent in eadem die. quod eſſe non poteſt.
quia vtrũqꝫ illoꝛum ꝓpꝛium habet offici-
um. ⁊ ad diuerſa tempoꝛa pertinent. Naꝫ
ſabbatum eſt de aduẽtu. ſed vigilia ad tẽ-
pus gaudij pertinet. cum non ſit de aduẽ-
tu. ſed de natali. ⁊ ſic aduentus nõ habe-
ret. xxj. dies excepta vigilia natalis ſicut

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dictuʒ ē. Q̄r vigilia ꝑtineat ad tp̄s gaudij
pʒ ex ipſa ordinatiōe gregorij. q̄ vltimas
aduētꝰ antiphonas poſuit ꝺ̄ euāgelio ſcʒ
Cōpleti ſūt dies. ⁊ ecce cōpleta ſunt oia.
Qñ ergo natale ē in dñica q̄ttuor tēpora
celebrantur i penultima hebdomada. Si
autē natale venerit in ſcd̄a feria vel dein-
ceps vſq̄ i dñicā. tūc po. xxj. diē. habebit
in q̄ fiat vigilia. Et qñ feſtū venerit i ſcd̄a
feria fiet officiū ꝺ̄ vigilia in die dñica q̄ ꝓ-
priū nō hʒ officiū. ⁊ tūc ꝓpt̄ dñicā cātabi-
tur all'a. Sed ieiunabit̄ i ſabbato p̄cedēti
tā ꝑ vigilia natalis q̄ꝫ ꝓ ieiunio q̄ttuor tē
poꝝ. De h̄ etiā dicet̄ ſb̄ ti. ꝺ̄ capite ieiuni/
orū. Nō ē etiā ignorādū q̄ lʒ i p̄ncipio
ſiue i p̄ma dñica aduentꝰ cātet̄ itroitꝰ Ad
te leuaui. ſi q̄s tñ diligent̄ attēdat. i dñica
p̄cedēti illā ꝑparatio aduētꝰ dñi q̄ ad q̄dā
inchoat̄ qd̄ oſtēdit ep'la q̄ tūc ſm̄ q̄ſdā le/
git̄. Ecce dies veniūt dic̄ dñs ⁊ ſuſci. da/
uid ⁊c̄. Et finis euāge. eiuſdē diei. ſ. Abijt
ih̄s trāſmare. qd̄ ē Joh. vj. c. h̄ idē inſinu
at vbi dr̄. Hic ē vere ꝓpha q̄ venturꝰ ē in
mūdū ⁊c̄. Satis eni ꝯueniēs ē q̄ i p̄cedē/
ti dñica inchoet̄. qꝛ non reſpiraret deſpe-
rās niſi certa ꝓmiſſio vere liberationis p̄
cederet. q̄ audita reſpirans clamat. Ad te
te leuaui aīaʒ meam ⁊c̄. In q̄nta igit̄ heb
domado añ natiuitatē dñi inchoat̄ p̄pa/
ratio aduētꝰ q̄ ad q̄dā. Vñ ⁊ i antiq̄s gra
dualibꝰ ⁊ lectionarijs titulꝰ ē talis. Quī-
ta dñica añ natiuitatē dñi. Nā ab illa dñi
ca vſq̄ ad natiuitateʒ dñi ſūt q̄nq̄ officia
dñicalia. ⁊ q̄nq̄ ep'le. ⁊ q̄nq̄ euāgelia In
q̄rta vo dñica añ natiuitatē dñi inchoat̄
aduētꝰ q̄ ad officiū matutinale ⁊ q̄ ad mul
tiplicē officioꝝ varietatē ⁊ inouationem.
Quia g̊ q̄ttuor ſūt officia dñicalia ab illa
dñica vſq̄ ad natiuitateʒ. ideo i antipho
narijs noct'l intitulatur q̄rta dñica. Qua-
druplex aūt ratio huiꝰ duplicis intitulati
onis libroꝝ ⁊ inchoationis aduētꝰ reddi
ꝯſueuit. Prima qꝛ per lectionariū recoli-
mus aduentū dñi i mūdū ſignificatū ēē ꝑ
q̄nq̄ mūdi etates. ꝑ antiphonariū vo re-
colimꝰ aduētū dñi nūciatū ēē ꝑ q̄ttuor or-
dines libroꝝ. ſcilʒ ꝑ legē. ꝑ ꝓph̄as. ꝑ pſal
mos. ⁊ ꝑ initiū euāgelij narrantis dñi cō-
ceptionē. Initiū euāgelij vocamꝰ q̄cq̄d ē
in libro luce. q̄ hiſtoriaʒ añ natiuitatē dñi
pleniꝰ ceteris ꝓſecutꝰ ē ſicut de angelo ad
zachariā miſſo annūciāte natiuitatē p̄cur
ſoris. ⁊ ſicut de ꝓphetia illa Benedictus
dñs deꝰ iſrl̄. ⁊ de gabriele archangelo ad
ꝟgineʒ miſſo. ⁊ ſimilibꝰ. Scd̄a ē. qꝛ actor
lectionarij nos hortat̄ vt purgemꝰ hoſpi-
ciū nr̄i corꝑis qd̄ ꝑ q̄nq̄ ſenſꝰ ſordidatuʒ
ē. ad ſuſcipiēdū deū. qꝛ in ſordibꝰ habita/
re deſpicit rex vēturꝰ. Actor vo antipho
narij nos docet purgare corpꝰ noſtrū con
ſtans ex q̄ttuor elemētis. faciētes dignaʒ
māſionē deo regi vēturo. iux̄ illd̄. Ego et
pater veniemꝰ ⁊ māſionē apd̄ eū faciemꝰ.
Tertia ē. qꝛ in q̄rta dñica q̄ ad ſpūales et
nō in q̄nta q̄ ad ſeculares ꝑtinet vt dicet̄
in ti. ſe. innouāt̄ cantꝰ. Spūaluʒ eni ē cā-
ticū nouū cātare ⁊ nō ſeculariū q̄ cum ad-
huc q̄ſi veteres ſint ⁊ mala eoꝝ adhuc re/
cētia. potiꝰ lugere q̄ꝫ gaudere debēt. Re/
nouatꝰ q̄dē cātꝰ gaudiū electoꝝ ſignat. q̄
ꝓficiūt de ꝟtute i ꝟtuteʒ in q̄ videbit̄ deꝰ
deoꝝ in ſyon. Quarta ē. qꝛ i eccl'ia duo
ſūt ordines hoīuʒ expectātiū dñi aduētū
⁊ ſtudētiū ad digne ſuſcipiendū deū vētu
rū. Vnꝰ ordo in ſeculari ꝯuerſatione ſtu/
det. alter in ſpūali. Seculares q̄ rebꝰ trāſi
torijs ſtudent q̄ q̄nq̄ corporis ſenſibꝰ ad/
miminiſtrant̄. ꝑ q̄nq̄ hebdomadas intel
ligunt̄. Iux̄ illud euāgelij Johis. Erant
viri q̄ſi q̄nq̄ milia. Siq̄deʒ q̄nq̄ milia vi
ri deū ſecuti deſignāt eos q̄ in ſeculari ad-
huc habitu poſiti exteriorībꝰ q̄ poſſident
bñ vti nouerūt. ipi nāq̄ ſaturant̄ q̄nq̄ pa
nibꝰ qꝛ legalia inſtituta eis ꝓponenda ſūt
q̄ ꝑ q̄nariū numerū ꝓpt̄ q̄nq̄ libros moy
ſi itelligunt̄. Per q̄ttuor vo ſeptimanas
ſpūales intelligunt̄. q̄ rebꝰ tranſitorijs ab
iectis nudi nudū ſequūt̄ xp̄m. q̄ ꝑ q̄ttuor
euāgelia ad potiorē ꝑfectionē excitantur
Q̄r etiā ad iſtos q̄ternariꝰ numerꝰ ꝑtineat
apparet i alio euangelio in q̄ q̄ttuor milia
hoīuʒ. q̄ ſūt euāgelica ꝑfectiōe ſublimes.
legunt̄ refecti ſepteʒ panibꝰ. i. ſeptiformi
gr̄a eruditi ⁊ repleti. Hanc diſtinctionē fi
gurauit dñs moyſi qñ i ingreſſu taberna-
culi iuſſit poni q̄nq̄ colūnas ⁊ ante oracu
culū vnaʒ. añ ſancta ſctōꝝ q̄ttuor. ꝑut le-
git̄ Exo. xxvj. ⁊ xxxvj. c. Siquidē q̄nq̄
colūne exteriꝰ poſite ſunt ſeculares. q̄ i ex
teriorībꝰ maxime verſant̄. q̄ttuor colūne
añ ſancta ſctōꝝ ſūt ſpūales qui q̄ſi interiꝰ
poſiti dño deuotiꝰ obſequūt̄ vna colūna

añ oraculũ vnitatẽ fidei quã tam iſti ꝙ illi
colũt deſigt. Et ꝑpẽ hãc cauſam clerici ſe
culares i veſptinis officijs qnqꝫ pſalmos
cãtãt. Monachi ṽo ꝛ religioſi q̃ altiorez
elegerũt viã nõ niſi q̃ttuoꝛ i q̃ ſe pfectioreſ
oſtẽdũt. Qð eni q̃dratũ ẽ ex q̃cũqꝫ parte
ṽtat̃ manet idẽ ꝛ firmũ. ſil'iter ꝛ pfect⁹ q̃/
cũqꝫ loco ꝛ tpe ṽtat̃ idẽ ꝛ imobil' manet.

De prima dñica aduentus dñi.

PRima domi=
nica de aduẽtu q̃ ẽ q̃rta a natali
dñi. ꝛ i q̃ ſm q̃ſdã inchoat̃ offi
ciũ aduẽt⁹ ptinet ad ſpũales. ꝛ iõ in ea in/
nouat̃ cãt⁹. p̃cedẽs ṽo q̃ q̃nta ẽ ad ſecula
res ſic̃ i p̃cedẽti ri. dictũ ẽ Ad ſpũales pti
nẽt duo ṽſiculi. q̃ꝝ vn⁹ frequẽtatur i ve=
ſpertino officio ſcꝫ Rorate celi deſup. alt̃
i matutino. ſcꝫ vox clamãtl i deſto. In p̃=
mo oſtẽdit̃ q̃d face debeãt. i ſcðo exequũ
tur. Ipi ſũt celi rorãtes ꝛ nubes pluẽtes.
Ros ẽ ſubtiloꝛ ꝛ pluuia groſſioꝛ Tũc ſũt
rorãtes qñ d' incarnatiõe ſaluatoris ſubti
lia dicũt. vt illð. Verbũ caro factũ ã. ꝛ ſi/
milia. Tũc ſũt pluẽtes qñ groſſioꝛa. i. itel
lectu faciliora dicũt. ſic̃ ẽ ꝙ maria deſpon
ſata ẽ ioſeph. ꝛ ꝙ puer nat⁹ ẽ in bethleẽ ꝛ
reclinat⁹ i p̃ſepio. ꝛ hmõi. Iſti faciunt ꝙ
apiat̃ t̃ra ꝛ germiet ſaluatorẽ Ad litterã.
t̃ra ẽ ṽgo maria q̃ apta ẽ q̃ntũ ad fidẽ cor=
dis ſine dãno ṽginitatis. ꝛ ꝯcepit ꝛ pepe
rit ſaluatorẽ. Sꝫ moralit̃ t̃ra ẽ coꝛ hũanũ
qð viri ſpũales ſua p̃dicatiõe aperiunt vt
germiet ſaluatorẽ. i. xp̃s i eo informetur.
iux̃ illð apl'i. Filioli mei q̃s iterũ parturio
donec xp̃s formet̃ i vob. Iſti ſũt vox cla=
mãtis i deſto. i. i mũdo. parate viã dñi. re
ctas facite ſemitas ei⁹. Vie ſũt opa. ſemi=
te ſũt cogitatiões q̃s debem⁹ parare i ad=
uẽtu ſaluatoris. Hũc p̃paratiõez nõt oro
q̃ poſt cõmunionẽ hac die in miſſa ſequit̃
Suſcipiam⁹ dñe miſcðiaꝫ tuã i medio ꝛc̃.
Et ex eo ꝙ i fine illi⁹ orationis d'r. ꝯgruis
honoꝛib⁹ p̃cedam⁹. Viã ḡ parare ẽ pniaꝫ
agere ꝛ p̃dicare. Semitas rectas facere ẽ
poſt mãdata ꝯſilia obſuare Sane hu=
ius dñice totuꝫ matutinale officiũ ptinet
ad p̃mũ aduẽtũ. vt p̃miſſũ ẽ. Legit̃ enim
eſaias q̃ de aduentu loq̃t̃ aperti⁹ ꝙ aliq̃s
ali⁹ ꝑpħa. Vñ i ſcðo capl'o ipi⁹ habet̃ Ec
ce mons ꝛc̃. In p̃mo ṽo hẽt̃ de neq̃cia iu

deoꝝ. Primũ reſpõſoriũ ẽ. Aſpiciẽs a
lõge. qð ẽ de p̃mo aduẽtu. ꝛ non ſumit̃ de
aliq̃ libro theologie. nec cõpilatuꝫ ẽ a gre
gorio ordinatore matutini officij. ſꝫ a q̃dã
ei⁹ monacho. qð inde apparet. qꝛ illð infra
hebdomadã nõ repetit̃ Sꝫ oĩa alia reſpõ
ſoria ſic̃ q̃ ab ipſo gregorio edita ſũt. Et ſi
obijciatur ꝙ illo dempto nõ remanẽt niſi
octo reſpõſoria iſti dñice. Rñdet̃ nouem
ſũt cõputato illo. Ecce dies veniũt. quod
ſm ordinẽ Gregl. nonũ ẽ. ꝛ cãtat̃ i veſpis
ſabbati p̃cedẽtl. Cãtat̃ aũt h̃ reſpõſoriũ i
pſona iohis baptiſte vel ſpõſe dicẽtl Aſpi
ciẽs a lõge. a t̃ra videlꝫ ad celũ. video dei
potẽtiã veniẽtẽ. Etſꝫ ꝓprie patri potẽtia
aſſignet̃. h̃ tñ p potẽtiam accipe filiũ dei.
cui data eſt ptãs i celo ꝛ i t̃ra. q̃ ẽ dñs po/
tens i p̃lio. Cui ꝑpħa dic̃. accingẽ gladio
tuo ſu. fe. tu. po. Hic venit dñ ſe viſibilem
mõſtrauit. Et nebulã totã terrã tegẽtem.
Hec nebula ẽ dei miſcðia. q̃ p̃ſtat refrige/
riũ ꝯ eſtũ vicioꝝ. Hãc moyſes intrauit cũ
ad ſuſcipiẽdũ legẽ aſcẽdit. Hãc petr⁹ itel=
lexit cũ in nube lucida vidẽs dñm moy
ſen ꝛ heliã dixit: Faciam⁹ h̃ tria taberna=
cula. Hec ꝓplm i deſtũ deduxit. ꝛ ab igne
ꝓtexit. Hec ẽ ṽtus altiſſimi que ṽgini ob
umbrauit Que totã t̃raꝫ tegit. qꝛ miſcðia
dñi plena ẽ t̃ra. Hec etiaꝫ nebula ẽ hũani
tas filij dei q̃ totũ mũdũ ſaluat. medicina
eni oĩuꝫ i feſtinatiõe nebule. Nebula etiã
põt dici infidelitas ſeu ignorãtia. Ignora
bat eni hõ deũ. ſeip̃m. natale ſolũ ꝛ cõcu=
piſcẽtiã eſſe pctm̃. Hec nebula totã terraꝫ
tegebat. qꝛ oẽs declinauerũt ſimul in. f. ſ.
Itẽ obuiã ei ꝛ dicite nũcia no. ſi tu es iſte
q̃ reg. es i po. iſrl'. Sic̃ia dixit iohes diſci/
pulis. parate viaꝫ dño ꝛ p diſcipulos ad
xp̃m. Tu es q̃ vẽtur⁹ es an aliuꝫ expecta/
mus. Vl' ſũt ṽba ſpõſe ad adoleſcẽtulas
dicẽtis. Ite obuiã ſpõſo ſcꝫ p viã charita=
tis. ꝛ dicite nũcia nob ꝛc̃. q̃ſi dicat. Reue
la nob p tuã p̃ſentiã ſi tu es meſſias i lege
ꝓmiſſus. ꝛ ſi regnatur⁹ es i populo iſrael
Porro i ſolito mõ p̃mũ reſpõſoriuꝫ hꝫ
i q̃buſdã eccl'ijs tres ṽſus ſic̃ ꝛ reſpõſoriũ
p̃mũ natalis dñi. Prĩo ad ſignificãduꝫ
ꝙ iſte aduẽt⁹ dñi ſaluat hoĩes triũ tẽpoꝛũ
ſcꝫ illos q̃ fuerũt añ legeꝫ. ſb lege. ꝛ ſb tpe
gr̃e. Et ꝑpẽ h̃ etiã fit triplex repetitio. pri
ma a remotioꝛi q̃ ad fineꝫ et poſtea a min⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

remoto. ⁊ poſtea a ꝓpinꝗori. ad oſtēden/ dū ꝙ pr̄es p̄mi tp̄is remotiores fuerūt ab aduētu xp̄i ꝙ̄ pr̄es ſcd̄i et tertij. et patres ſcd̄i tp̄is magꝭ remoti ꝙ̄ pr̄es tertij. Dein de reincipit̄ reſpōſoriū. ad notādū deſide riū ⁊ ad ſignādū ꝙ debem⁹ attribuere finē ⁊ p̄ncipiū boni op̄is ei q̄ ē alpha ⁊ o. Ulti mo dictis v̄ſib⁹ ſubiūgit̄ gl̄ia pr̄i. q꞉ om̄e deſideriū ⁊ ſuitiū ad deū trinū ē referen/ dū. ⁊ ibi nō fit reiteratio ptꝭ. ſꝫ toti⁹ reſpō/ ſorij. q꞉ poſt vitā p̄ntez oīa op̄a cōſūmāt̄. ⁊ tūcerit de⁹ oīa i oīb⁹. i. ꝯſūmatio ⁊ ſuffi= ciētia oīuz. ¶ Scd̄o iō p̄miſſū reſpōſoriū tres h꞉ v̄ſus ⁊ vnū gl̄ia. ad ſignādū q̄ttu= or aduēt⁹ de q̄b⁹ in. c. p̄cedenti p̄miſſū ē. ⁊ ad ſignādū quattuor tp̄a ſcꝫ tp̄s an̄ legē. tp̄s legis. ꝓphetie et gr̄e. Alloquens eni eccl̄ia oēs hoīes q̄ fuerūt an̄ legē. q̄꞉ pau= ci ſecuti ſūt vnū deū dic̄ i p̄mo v̄ſu. Qui= ꝙ terrigene ⁊c̄. i. O vos oēs mali ⁊ boni. diuites ⁊ paupes. ite obuiā ei ⁊ dicite In dica nob ſi tu es q̄ regtur⁹ es in ꝑl̄o iſrael In ſcd̄o v̄ſu i ꝑſona hoīuz q̄ fuerūt ſub le ge. in q̄ aliq̄d fuit impfectiōis. q꞉ data fu= it infirmis. alloq̄t̄ ip̄m legiſlatorē dicens: Qui regꝭ iſrl̄ intēde ⁊c̄. q̄ſi dicēt. Qui po= pulū iſrl̄ in lege tua regꝭ. et ſic̄ paſtor ouē deducis. indica nobis ſi tu es ip̄e q̄ regna tur⁹ es in ꝑl̄o iſrl̄. In tertio iā ex dictis ꝓ phetaꝝ certificati d̄ aduētu ſaluatoris. ex deſiderio clamāt. Excita potētiā tuam et veni q̄ regnatur⁹ es i ꝑl̄o iſrl̄. In alijs v̄o eccl̄ijs eſt terti⁹ v̄ſus. Tollite portas. In q̄rto gr̄as agēs ſaluatori d̄ aduentu ſuo q̄ dignat⁹ eſt venire. imo toti trinitati dicit Gl̄ia pr̄i. ¶ Tertio iō reſpōſoriū tres h꞉ v̄ſus. q̄m lex ⁊ pſalmodia ⁊ ꝓphetia hūc ſaluatoris aduētū p̄nūciauerūt ¶ Quar= to tres verſus pr̄es triū tēpoꝝ ſignificant Patres q̄dē an̄ legē hūc aduētū p̄uiderūt pr̄es ſb̄ lege deſiderauerunt. pr̄es gr̄e p̄di cauerūt. Hic̄ ḡ baptiſta vl̄ eccl̄ia Uos pa tres an̄ legē q̄ꝙ terrigene ⁊ ſi. h. ſi. iv. d. ⁊ pau. ite obuiā ei. Terrigenas vocat ma/ los q terrena ſequūt̄. filios hoīuz dicit bo nos. diuites ſubdit q̄s terrigenas appella uerat. paupes q̄s filios hoīuz Uos ḡ q̄ꝙ id ē. q̄libet terrigene malicia diuites ⁊ filij hoīuz ſpū paupes. q̄ eſtis ſimul in vnū in vno ouili agni et edi. ite obuiā ei. vt vos mali p ingreſſū incipiatꝭ. vos boni p pro/

greſſū ꝓficiatꝭ Uos etiā pr̄es ſb̄ lege dici te Qui regꝭ iſrl̄ intēde. q̄ deducꝭ velut ouē ioſeph nūcia nobis ⁊c̄. Qui regꝭ iſrl̄. i. iu/ daicū ꝑl̄m p doctrinā legꝭ deū vidētem q̄ deducis. i. de v̄tute in v̄tutē ducis. velut ouē. i. innocētem. ioſeph. i. ꝑl̄m gentilem augmētatū p frumētū mortificatū. intēde ſup nos. i. lumē pietatꝭ infūde. ⁊ nūcia no bis ⁊c̄. Uos q̄ꝫ pr̄es ſb̄ gr̄a dicite Tollite portes p̄nci. ve. ⁊ eleua. porte eternales ⁊ itroibit rex gl̄ie. q̄ regnatur⁹ ⁊c̄. O princi pes ⁊ ptātes aeris hui⁹. ⁊ o genimina vi= peraꝝ. tollite. i. auferte. portas mortis. i. vicia p q̄ diabol⁹ itrat ad corda. ⁊ o porte eternales. i. v̄tutes ad eternitatē ducētes eleuamini. ꝯ vitia. ⁊ p vos introibit. ⁊ ha bitabit i vob rex gl̄ie. q̄ regnatur⁹ ē i ꝑl̄o iſrl̄. Et nō ꝙ ad tertiū v̄ſū non r̄ndet̄ nun cia nob. q꞉ pr̄es teſtamēti noui certificati ſūt de aduētu xp̄i. pr̄es gr̄e certi ſūt de in troitu regni gl̄ie Uerū q꞉ nū ꝙ̄ ſufficit nec ſufficiet fides incarnatōis ſine fide trinita tis. idō ſubcinit̄. gl̄ia pr̄i. Et q꞉ q̄ venit in hūanitate vētur⁹ ē etiā i maieſtate. idō re ſpōſoriū denuo repetit̄. In repetitiōe v̄o nebulā accipias ad lr̄aꝫ. iux̄ illō. Ueniet i nubib⁹ celi. Et ſic̄ nubes ſuſcepit eum. Et alibi. Nubes ⁊ caligo i circūitu ei⁹ ¶ Se/ cūdū reſpōſoriū ē. Aſpiciebā i viſu noctꝭ. ſūptū p Gregꝭ. d̄ daniele. c. vij. xp̄m vētu rū ꝓphetāte. q̄ his v̄bis myſteriū icarna= tionis v̄bi. qd̄ i p̄ncipio erat apd̄ deū ape= ruit dicēs: Aſpiciebā i viſu aut viſiōe no= ctis Triplex q̄dē ē viſio ſcꝫ noctis an̄ gra tiā. diei ſb̄ gr̄a. ⁊ lucis i gl̄ia. In nocturna viderūt patriarche ⁊ ꝓph̄e q̄ ſb̄ nube fue= rūt. ⁊ ſꝫ daniel aſpiciebat i viſu noctis In diurna viderūt apl̄i q̄b⁹ xp̄i hūanitas ap paruit In lucida videbūt filij dei facie ad faciē. Hāc diſtinctiōeꝫ v̄itas i euāgelio i/ nuit dicēſ: Abraā exultauit vt videret diē meū. vidit ⁊ gauiſus ē. Iteꝝ multi reges ⁊ ꝓph̄e voluerūt videre q̄ vos videtis et nō viderūt. Seq̄t̄. Et ecce i nubib⁹ celi fi= li⁹ hoīs veniebat. Nubes celi caro v̄bi. d̄ q̄ Eſa. Aſcēdit dn̄s ſup nubem leuē. ⁊ da tū ē ei regnū ⁊ honor. ſcꝫ nomen qd̄ ē ſup oē nomen. qd̄ ē ab et̄no datū. ſꝫ in tp̄e ma nifeſtatū ⁊ oīs ꝑl̄s trib⁹ ⁊ lingue ſuiēt ei. Nā vt eſaias ait: ei curuabūt oīa genua. et iurabit oīs lingua i domino. ¶ Tertiū

reſpõſoriũ ẽ. Miſſus ẽ gabriel. q̃b⁹ v̓bis
lucas texuit ordinẽ annũciatiõis Quar
tũ ẽ. Aue maria grã plena. q̃bus v̓bis lu/
cas idẽ modũ ꝯceptionis annexit dicens
Spũſſanct⁹ ſupue. i te. ⁊ vir. al. obum. ti.
Supueniet inquã i te ꝓtegẽdo te. ⁊ ab oĩ
ſorde purgãdo te. et deinde v̓t⁹ altiſſimi.
ſcz v̓bũ dei obumbrabit tibi. ex te carnez
ſumẽdo. qḋ eni ex te naſceť ſctm̃ vocabiť
fili⁹ dei. Xps eni q̄ nõ ẽ ꝯcept⁹ ex virili ſe/
mine merito ſanct⁹ naſciť ⁊ dei fili⁹ appel/
lať. Seq̃ť v̓ſus. Quo mõ in me fiet iſtud
iterrogatiue. ⁊ ſic q̄ mõ ſũt due dictiones
vel admiratiue. ⁊ ſic ẽ vna dictio ¶ Qui/
tũ reſpõſoriũ ẽ Saluatorẽ. i q̄ incarnatio
ꝑ aplm̃ ꝯfirmať ¶ Sextũ ẽ. Ecce v̓go cõ
cipiet. ¶ Septimuz. Ecce dies veniũt. in
q̃b⁹ h̄ idẽ ꝑ ꝓphas roborať. ¶ Octauuz
Obſecro dñe. i q̄ idẽ ꝑ legẽ comprobatur
¶ Nonũ ẽ. Audite v̓bũ. i q̄ idẽ ꝑ ꝓphas
cõprobať ¶ Laudes matutine vtrũq3 ſo
nãt aduẽtũ. Nõ eni ita agiť aliq̃n de vno
aduẽtu q̃n ⁊ de alio admiſceať. ꝫ pauca ꝺ
ſcḋo habeẽť. ⁊ h̄ ꝓpť repſentatõez gaudij
ne ſpes luxuriet i p̃ſumptõem. Siq̃dẽ pri
ma antipħa q̄ de fine ioelis ſumiť ẽ aper/
te de p̃mo aduentu. Vñ ibi dr̄. In illa die
ſcz q̃n meſſias veniet mõtes. i. apl̄i ſeu ma
gni p̃dicatores ſtillabũt dulcedinẽ. ſ. ver
bi dei. ⁊ colles. ſ. miores p̃dicatores fluẽt
lac. ſ. ſimplicis doctrine minorib⁹ ⁊ maio=
ribus Scḋa ſcz iocũdare. ꝑtim eſt ꝺ eſaia
ꝑtim ẽ de zacharia. Tũc eni iocũdata eſt
ſm̃ zachariã ſyon. i. eccl̄ia de iudeis. ⁊ ex=
ultauit hierl̄m. i. eccl̄ia de gẽtib⁹. Tertia
ſcz. ecce dñs veniet. ẽ ꝺ ſcḋo aduẽtu ſcz in
maieſtate Quarta ẽ. oẽs ſitiẽtes. tunc eni
oẽs. i. de oĩ genere ſitiẽtes ſcz ſalutis ⁊ ſci
entie doctrinã venerunt ſm̃ eſaiã. ad aq̃s
baptiſmatl ⁊ doctrine. Quinta ẽ. ecce ve=
niet ꝓpħa magn⁹ ⁊ ip̃e renouabit hierl̄m
ſcz dãdo legem ⁊ noua ꝯdendo precepta
¶ Hoc tp̄e dr̄ ꝑ horas capl̄m illḋ Egredi
etur v̓ga. Eſa. xi. c. Et illḋ. In dieb⁹ illis
Hiere. xxiij. c. Et illḋ. Erit in nouiſſimis.
Eſa. ij. c. Et illḋ. Ecce v̓go ꝯcipiet. Eſa.
vij. c. Et illḋ. Venite aſcẽdam⁹. Eſa. ij. c.
¶ Ad miſſaz v̓o itroit⁹ ẽ. Ad te leuaui ⁊c̄
qꝛ ꝑ aduẽtu dñi i carnẽ ſpeſ maxie eleuať
Sic eni de⁹ dilexit mũdũ. vt filiũ ſuũ vni
genituz daret. Et iter. Proprio filio ſuo
nõ pepercit ⁊c̄. Et nõ qꝛ ⁊ ſi q̃dã excitẽť.
alij tñ ſomno torpẽt. Ideo cãtor incipiens
Ad te leuaui aiaz meã. exaltãdo vocẽ ab
inferiori ad ſuperi⁹ ꝓcedit. qḋ ꝓpriũ ẽ ex
citãtis. Qḋ etiã notať in epl̄a vbi dr̄. Ho
ra ẽ iã nos de ſomno ſurgẽ. Seq̃ť v̓ſicul⁹
Vias tuas dñe demõſtra mihi. qꝛ xp̄s ve
niens nob̄ vias ſuas indicauit. Vñ Eſa.
Erit mons dom⁹ dñi ⁊c̄. Venite aſcenda
mus ad mõtẽ dñi. ⁊ ad domuz dei iacob.
⁊ docebit nos vias ſuas Que aũt ſint vie
ille oſtẽdit epl̄a q̄ ẽ ad Roma. xiij. c. Scie
entes qꝛ hora ẽ iam nos de ſomno ſurgẽ.
In eo eni ꝙ ibi dr̄. nox p̃ceſſit. dies autez
appropinquit. aſſignãť effect⁹. qꝛ factus ẽ
dies q̃n nat⁹ ẽ ſol. Et ideo ſeq̃ť. Sic vt in
die honeſte ambulem⁹. ſcz in oĩb⁹ opibus
bonis ⁊ induam⁹ nos in ſilitudinẽ xp̄i. vt
ſic filij dei ſimus. qꝛ ꝓpť h̄ fili⁹ dei factus
ẽ hõ vt hõ fieret fili⁹ dei. ¶ Oratiões pri=
mũ aduentũ reſpiciũt. ⁊ pñt etiã adaptari
cõgrue ad ſcḋm. Poſtea ſequiť reſponſo
riũ in q̄ oſtẽdiť ſpes q̄ facta ẽ in ortu ſolis
vniuerſi q̄ te expectãt ⁊c̄. Seq̃ť. Alleluia
Oſtẽde ⁊c̄. qꝛ tũc oſtendit dñs faciẽ ſuaz
quã q̄ videt ſaluať. Unde cũ dixiſſet dñs
ceco. Quid vis vt faciã tibi. rñdit. Rabo
ni vt videã. Quã faciẽ nõ poterãt hoies
antea videre. qꝛ erãt i regiõe vmbre mor/
tis. Sed lux orta eſt eis vt poſſint videre
Qḋ aũt dr̄. oſtẽde no. do. fa. tu. eſt ſenſus
da nob̄ dñe cognitõem tuã. facies eni dei
in ſcp̃turis ſanctis nõ caro ꝫ diuina cogni
tio itelligiť. qꝛ ꝑ faciẽ ꝯſpectã q̄ſq3 cogno
ſciť. Seq̃ť in q̃buſdã eccl̄ijs euangelium.
Mat. xxi. c. Cuz appropinq̃ſſet ⁊c̄. qḋ ad
paſſionẽ ꝑtinet q̄ ad lr̄az. ad diẽ v̓o hanc
q̄ ad allegoriã ⁊ ſpũalez itelligẽtiã Venit
eni tũc dñs i hierl̄m ꝑ bethphage q̄ iterp̃ta
tur dom⁹ bucce. i. ad eccl̄iaz q̄ ꝑua erat in
q̄ xp̄s apparuit ꝑ ꝯfeſſionem ⁊ ꝑ montem
oliueti. ꝑ quem deſignať eminentia miſe=
ricordie. per quam venit filius dei in mũ=
dũ. ⁊ miſit diſcipulos ſuos dicẽs: Ite i ca
ſtellum. i. in mundũ. ⁊ inuenietis aſinam
⁊ pullũ. i. iudaicũ ꝑpl̄m. qui dure ceruicis
ẽ. et gentilẽ ſine iugo legis. Item ꝑ hmõi
animalia oſtẽdit vias ſuas. humilia enim
ſũt. Unde i Mat. Diſcite a me qꝛ mitis
ſum ⁊ hũilis corde. Legiť etiã ideo qꝛ ibi
habeť. Bñdictus q̄ venit in noĩe dñi. qḋ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ptinet ad p̄mū aduentū. In alijs vo eccle
ſijs legit̄ euangeliū. Principiū euangelij
ihu xpi ⁊c̄. qđ eſt Marc̄. j. c. ppt̄ illa ver
ba. Ecce ego mitto angelū meū an̄ facie
tuam. Et nota q̄ i textu euāgelij nō ꝯtine
tur p̄ncipium ſ; initium. Sed eccl'ia ponit
p̄ncipiū ꝑ eo q̄ legēs euangeliū ſtatī p̄mi
ſit in ti. Initiū ſancti euāgelij. ne idē repe
ti videat̄. In nōnullis etiā eccl'ijs illud le
git̄. Erunt ſigna. Seq̄t̄ offertoriū de ſpe.
Ad te leuaui aīa; meā Et poſtcōmunio đ
codē ꝓpter idē. Quedā; vo eccl'ie legūt
euāgeliū illđ. Erūt ſigna. qđ eſt Luc̄. xxj.
ca. qđ ptinet ad ſcđm aduentū. vbi đr. ꝓ
pe eſt regnū dei. Cui adaptatur epl'a. vbi
đr. ppior eſt noſtra ſal'. Et q̄r ꝓpe eſt re
gnū tuū dn̄e. ido Ad te leuaui dic̄ i introi
tu cantor. i. ver' hō. vel iohēs baptiſta vt
q̄dā dicūt. dicit Ad te leuaui aīa; meā de
us me'. Et ideo vias tuas dn̄e demōſtra
mihi Et h̄ i reſpōſorio Et oſtēde nob dn̄e
miſc̄diam tuam. Et hoc in all'a. Et quaſi
de miſc̄dia certificat' ꝯcludit i poſtcōmu
nione. Dn̄s dabit benignitatē. id eſt. affe
ctum bonū. et terra noſtra. ſc; caro dabit
fructum. id ē. bona oꝑa.

De dn̄ica ſcđa aduentus dn̄i.

i In hac ſecūda dn̄ica aduent' vt p̄miſſū ē. agi
tur de ſcđo aduētu. Uerum q̄r
gaudere melius ē q̄ flere. ⁊ dilectio meli
or ē q̄ timor. ideo in ea q̄dam dicūt̄ ptinē
tia ad ſcđ; aduentū ⁊ q̄da; ad vtrūq;. Ec
ce eni in matutinis reſponſoriū p̄mum eſt
Hierl'm cito veniet ſalus tua ⁊c̄. tunc oēs
plorabāt. modo eſt tp̄s gaudij. Aliud eſt
de p̄mo ⁊ đ ſcđo aduētu. Preterea ibi ſūt
duo v̄ſus ſ̄m q̄ſdam eccleſias ad idem ex
p̄mendū ſicut ⁊ in all'a vt iam dicet̄. Pri
mus eſt. Hierl'm ſi me audieris ⁊c̄. ⁊ vtit̄
dn̄s v̄bis moyſi vt intelligat̄ q̄ ip̄e ē qui
i moyſe loquebat̄. Aliq̄n vtit̄ etiā v̄bis ſa
lomonis vt ſciam' q̄ ip̄e eſt ſapia de q̄ lo
cutus ē ſalomon. Iſtud reſpōſoriū ſūptū
ē de michea ⁊ etiā illđ qđ ſeq̄t̄. ſc; Beth
leem. Quedā tn̄ eccl'ie illud dicūt i dn̄ica
ſequēti. ⁊ eſt de p̄mo aduētu. ⁊ loq̄t̄ de ge
neratione tꝑali xp̄i ⁊ eterna. de tꝑali cu;
dicit bethleem ciuitas dei ſūmi. q̄r i beth
leem natus ē. De eterna cū dicit Et egreſ
ſus eius ſicut a p̄ncipio dierū. De alijs re
ſponſorijs patet In laudib' p̄ma anti.
eſt de ſcđo aduētu. Ecce in nubib' celi ⁊c̄.
In miſſa vo introit' ptinet ad vtrunq;
hoc modo. Popul' ſion ecce dn̄s veniet
ad ſaluādas gentes. Eſa. xxx. c. In vtro
q; eni aduentu ſaluat. Seq̄t̄. Et audita;
faciet dn̄s vocem laudis ſue. Ipſe eni eſt
turtur. cui' vox audita eſt in terra noſtra.
q̄r attulit nouū tp̄s. Uox eius in ſcđo ad
uentu erit. Uenite b̄ndicti patris mei ⁊c̄.
Uerſus aute; ad ſcđm ptinet aduentum.
Qui regis iſrl' intēde q̄ deducis. i. de hoc
mūdo ducis. ioſeph. i. augmētū in bono.
ſicut ouē. i. ſimplicē. Et q̄r i matutinis pri
mū reſponſoriū eſt. Hierl'm. ⁊ in miſſa in
troitus eſt. Popul' ſion. Ideo in hac do
minica fit ſtatio in eccl'ia q̄ đr hierl'm. Seq̄
tur oratio. Excita dn̄e corda nr̄a ad p̄pa
randas vnigeniti tui vias ⁊c̄. q̄ ē de p̄mo
aduentu tm̄. Epl'a vo de ſcđo. Quecūq;
ſcp̄ta ſunt ⁊c̄. ad Roma. xv. vt ꝑ patienti
am ⁊ ꝯſolatiōe; ſcp̄tura; ſpem habeam'
⁊ ſic inuitamur ad ſpem. vt q̄ patimur le
uia fiant. Reſponſoriū ptinet ad vtrūq;.
Ad p̄mum dum đr. Ex ſion ſpēs decoris
eius. Ad ſcđm dū dicit̄. De' noſter mani
feſte veniet Uerſus vo ad p̄mū tm̄ dicēs
Cōgregate ſc; o vos angeli illi ſāctos ei'.
id ē. p̄dicatores bonos q̄ ordināt teſtamē
tum ei' ſc; nouū. ſup ſacrificia. i. ſup vet'
teſtamētū. Prius eni eſt qđ aīale eſt ſicut
dicit apl's deinde qđ ſpūale. Uel qđ dicit
cōgregate h' in p̄mitiua eccl'ia maxime ne
ceſſariū fuit. ſc; o vos boni p̄dicatores vt
paulus ⁊ alij. Deinde ſeq̄tur all'a qđ inſo
lito modo habet duos v̄ſus ſ̄m quoſda;
eccl'ias. ⁊ hoc fit. q̄r ibi de duplici aduētu
agit̄. Primus ē de p̄mo cu; dicit̄. Letat'
ſum ⁊c̄. Ante p̄mū eni aduentū xp̄i deſpe
rabant homines de ſalute. Tunc vo leta
ti ſūt quādo audierunt q̄ filius dei homo
factus erat. Secūdus v̄ſus eſt de ſecūdo
Stātes erāt pedes noſtri. i. affect' noſtri.
in atrijs ⁊c̄. Iam eni i ſpe ⁊ deſiderio ibi
ſumus. Euangeliū eſt Luc̄. xxj. c. Erunt
ſigna in ſole ⁊c̄. ⁊ eſt de ſcđo aduentu tm̄.
ibi eni oſtendunt̄ ſigna. q̄ fient ante diē iu
dicij. quoniā totus mūdus turbatiōe ſua
iudiciū dn̄i oſtendet. Ibi etiā ſeq̄tur. His
autē fieri incipientib' reſpicite ⁊ leuate ca

pita veſtra. ecce appropinqͣbit redemptio
veſtra. Ecce ſpes. Quedā ṽo eccl̃ie legūt
euangeliū. Cuz audiſſet iohānes. qđ ſimi
liter ad ſcđm ꝑtinet aduentuz. ex eo ꝙ io-
hānes querit. Tu es q̄ vētuꝰ es. an aliuz
expectamꝰ: Cui dominuſ: Ecce ego veni
ad redimendū. Et rurſus: Ueniaz ad ſal/
uandū quod ex ſignis cōiecturare poteſt
quia ceci vident ⁊c̃. Offertoriū eſt de pri-
mo aduentu Poſtcōmunio. hieruſalē ⁊c̃
que ē Baruch. iiij. ⁊. v. ca. de vtroqꝫ. In
tertia vero ⁊ q̄rta feria ⁊ ſabbato legunt
euangelia đ teſtimonio xp̄i. ſcꝫ de iohāne
⁊ de teſtimonio iohannis. de xp̄o ⁊ eiꝰ ad
aduentu. De q̄ etiaz loquit̃ epl̃a. Patien
tes eſtote. q̄ tūc dicit̃.

De dn̄ica tertia aduentus dn̄i.

SEquit̃ tertia

dominica in q̄ ſiliter agitur de
ſcđo aduentu. Unde i noctur/
nis p̄muz reſponſoriū eſt. Ecce apparebit
dn̄s ſup nubem candidā. id ē. ſup carnez
q̄ erit cādida ꝑ gl̃iam imortalitat. vt ma/
li timeāt in ſcđo aduentu. Nam i p̄mo ad
uentu apparuit dn̄s ſup nubem leuem. id
eſt. imunem a peccato. Et ſumit̃ h̕ reſpon
ſoriū de Apoc̃. vbi dr̃. Uidi ⁊ ecce nubes
cādida. Uerſus eſt de vtroqꝫ aduētu. In
laudibꝰ p̄ma antiphona ē de ſcđo aduētu
Ueniet dn̄s ⁊ nō tardabit. et illuminabit
abſcōdita tenebraꝝ. omnia eni manifeſta
erūt. qꝛ libri ꝯſcientiarū aperti erūt coraz
eo. In miſſa ṽo introitus eſt đ ſcđo aduē
tu. Gaudete in dn̄o ſemꝑ. ad Phil̃. iij. c.
Apl̃s eni non loq̄tur de p̄mo aduētu cum
dicit. dn̄s ꝓpe eſt. ſed đ ſcđo aduētu. Un̄
inuitat ad gaudiū ſpūale ꝑ qđ firmiter ex
pectamꝰ gaudia ſecūdi aduētus. Un̄ dic̃.
Gaudete in dn̄o ſemꝑ. ſcꝫ expectando ſe/
cundū aduentū. Et repetitur gaudete. qꝛ
gaudiuz ſpūale facit nos dulciter ſuſtine-
re oīa aſpera mundi vt nihil euellat nos a
ſpe eternoꝝ. ⁊ ideo qꝛ ita neceſſariū ē gau
diū ſpūale iſta repetit. Uel ꝓpter gaudiū
de vtroqꝫ aduentu qđ habēt ſancti. Huiꝰ
gaudij cuſtos eſt modeſtia. ⁊ ideo ſequit̃.
modeſtia vr̃a ⁊c̃. Hoc gaudium qđ ē pax
oībus ſanctis optat eccl̃ia filijs ſuis i ver/
ſu cum dicit. ⁊ pax dei q̄ exuperat oēz ſen
ſum ſcꝫ hoīs. qꝛ nullus homo habet totū

vſum pacis hmōi. Collecta ſcꝫ. Aurē tuā
queſumꝰ dn̄e. eſt de aduentu in mentē. au
dita eni ꝯſolatione de aduentu dn̄i. ſacer
dos orat vt tenebras quas patimur in eo
ꝙ falſo iudicamus ſua viſitatiōe illuſtret
Epl̃a. Sic nos exiſtimet hō ⁊c̃. q̄ eſt. j. ad
Cor. iiij. ca. eſt de ſcđo aduentu. Alie ec/
cleſie dicūt epl̃am. Gaudete in dn̄o ſemꝑ
q̄ eſt ad Phil̃. iiij. ca. Reſpōſoriū de p̄mo
Qui ſedes ſuper cherubin manifeſtare co
ram effraim. i. fructificātē in bonis operi/
bus beniamin. i. filiū dextre. ⁊ manaſſe. q̄
oblitus ē terrenoꝝ. h̕ fiet in iudicio. Uer/
ſus etiā. Qui regis iſrael. eſt đ p̄mo. q̄ du-
cit. ad ſcđz. Alleluia. Excita dn̄e. etiam ē
de p̄mo. Euangeliū Cū audiſſet iohānes
⁊c̃. qđ eſt Mat. xj. ca. ſimiliter ē de p̄mo.
Quidā eni de diſcipulis iohānis non cre
debāt xp̄m eſſe meſſiā ꝓmiſſuz i lege. Un̄
miſit eos ad xp̄m vt interrogarēt eū. Tu
es q̄ venturus es an aliū expectamus. vt
per viſa miracula xp̄m iam veniſſe cogno
ſcerēt. q̄ſi diceret. Ipe ml̃to meliꝰ ſciet di-
cere q̄ꝫ ego. Et dixit eis ih̄s. Ceci vident
⁊c̃. q̄ſi diceret. Uos eſtis magiſtri legi. nō
ergo ſcitis h̕ qđ dicit̃ in Eſa. xxxv. Tunc
ſaliet ſicut ceruus claudus. ⁊ aperient̃ lin
gue mutoꝝ. Et loquit̃ de tempore meſſie.
q̄ſi diceret. Facta ꝓbant. Offertoriū etiā
eſt de p̄mo aduētu. Poſtcōmunio đ ſcđo
Dicite puſillanimes cōfortamini. Opor/
tet eni ꝙ puſillanimes ꝯfortēt̃ ad h̕ vt ſu-
ſtineant tribulatiōes. ⁊ ſic expectent cū fi-
ducia ſcđm aduentū.

De quarta feria ⁊ ieiunijs q̄ttuor tēpoꝝ.

INhac ſeptima

na fiunt ieiunia q̄ttuor tēpoꝝ. Un̄
hic p̄mo de illis. Secūdo de alijs ieiunijs
Tertio de huius diei officio ꝓſequemur
In p̄mitiua q̄dem eccleſia ſtatutuz fuit ꝙ
ieiunia quattuor tēporum fierent ter i an/
no. Sed calixtus papa ꝯſtituit q̄ter in an
no fieri. Nam ⁊ iudei q̄ter in anno ieiuna
bant. ſcꝫ ante paſca. ⁊ ante pentecoſ. ante
ſcenophegiā in ſeptēbri. ⁊ ante encenia. đ
q̄bus dicet̃ in ꝓhemio. vij. partis. Si eni
tm̄ ter i anno in tres partes diuiſo ieiuna-
retur. forte remanerent aliq̄ dies de q̄bus
p̄micias non redderemꝰ. In iſtis eni ieiu
nijs primicias tēporis exoluimꝰ vt iam di

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cetur. De q̄bus zacharias ait: Ieiunium
quarti. q̄nti. ſexti. ꝛ decimi domui iude et
hieruſalē in dies feſtos vertet̄ in gaudiū
Quater ergo ieiunamꝰ ī anno. Primo vt
quattuoꝛ elemēta in nob̄ viciata. id ē. coꝛ
pus noſtrū ex eis cōſtans ī q̄ttuoꝛ anni tē
poꝛibꝰ caſtiget̄. Homo eni cōſtat ex q̄ttu-
oꝛ elemētis q̄ntuȝ ad coꝛpus. et ex tribus
potentijs q̄ntuȝ ad aīam ſcȝ rationali. cō-
cupiſcibili et iraſcibili. vt ergo illa mode-
rent̄ in nob̄ q̄ter in anno ieiunamꝰ ꝑ tres
dies. vt q̄ternarius numerꝰ ad coꝛpus. et
ternariꝰ ad aīaȝ referat̄. Siq̄dem annꝰ di
uidit̄ in quattuoꝛ tēpoꝛa q̄ ſunt ver. eſtas
autūmꝰ. ꝛ hiems. q̄ ꝓpter ſua delectamē-
ta a dei amoꝛe nos auertere ſolēt. Ver ca-
lidū eſt ꝛ humidū. tunc ergo ieiunamꝰ vt
elemētū humoꝛis caſtiget̄ in nobis. ne cō
ſentiat falſe pulchꝛitudini veris. Ieiuna
mus itaqꝫ ꝯtra luxuriā ex humoꝛe ꝛ calo
re naſcentē. Eſtas calida eſt ꝛ ſicca. Tūc
ergo ieiunamꝰ vt elementū caloꝛis in nob̄
caſtiget̄. ne cōſentiat incēdio carnali Vel
tūc ieiunamꝰ ꝯtra ſupbiaȝ. qꝛ tunc fructꝰ
terraꝝ q̄ floꝛent ꝛ maturant̄ ſupbiēdi ma
teriam p̄ſtant. Autūnꝰ eſt frigidus ꝛ ſiccꝰ
Tunc ergo ieiunamus ne aliquo lāguoꝛe
animi areſcamꝰ ꝛ defluamꝰ. ꝛ ſine pinguē
dine olei ī tabernaculo eterno īueniamur
Vel tūc ieiunamꝰ ꝯtra auariciā. quia tūc
meſſes colligimꝰ ꝛ habemꝰ. Hiems frigi-
da ꝛ humida eſt. Unde tunc ieiunamꝰ ne
membꝛa noſtra fluxu atqꝫ luxu ſoluant̄ ī
comeſatiōibꝰ ꝛ potationibus ac ꝑ hꝰ amoꝛ
dei negligat̄. Vel tūc ieiunamus ꝯtra pi-
gritiā. qꝛ toꝛpemus frigoꝛe. Ieiunamꝰ er
go ī dictis q̄ttuoꝛ tēpoꝛibꝰ anni. vt ꝑ ieiu-
nia ꝑſeruemur a vicijs ꝛ q̄ deliq̄mꝰ in illis
purget̄. ¶ Rurſus qm̄ q̄libet tēpus ha
bet tres mēſes. ideo quater ieiunamꝰ ī an
no tres dies. vnū diē ieiunā te ꝑ mēſe. vt
ſic ſatis faciamꝰ in die q̄d deliq̄mꝰ in mēſe
¶ Scd̄o etiam ideo ieiunamꝰ. Nā p̄mū
ieiuniū fit in martio. ſcȝ in p̄ma ſeptimana
q̄drageſime. vt in nobis v̄tutum germia
oꝛiant̄. ꝛ in nobis marceſcāt vicia que ne
queūt oīno extingui. Scd̄ȝ fit in eſtate in
ſeptimana pente. qꝛ tunc venit ſpūſſanctꝰ
ꝛ nos debemꝰ eē feruētes in ſpiritu ſācto.
Tertiū fit in ſeptēbꝛi ante feſtū ſancti mi-
chaelis quādo fructus colligūt̄ ꝛ nos de-
bemus deo reddere fructū bonoꝛū operū
Quartū fit in decēbꝛi quādo herbe moꝛi-
unt̄. qꝛ ꝛ nos mūdo moꝛtificare debemus
¶ Tertio ideo qꝛ ver refert̄ ad puericiaȝ
eſtas ad adoleſcentiā. autūmnꝰ ad matu-
ritatem ſiue virilitatē. hiems ad ſenectu-
tem. Ieiunamꝰ ergo in vere vt ſimus pu-
eri ꝑ innocentiā. in eſtate vt efficiamur iu
uenes ꝑ conſtantiā. in autūno vt maturi
ꝑ modeſtiā. in hieme vt ſenes ꝑ pꝛudētiā
ꝛ honeſtam vitā. ¶ Quarto in quattuoꝛ
anni tꝑibus ieiunamꝰ. vt deꝰ nobis ꝯſer-
uet oīa q̄ ad humanū vſum in illis tempo
ribus de terra naſcunt̄. ¶ Quinto ad ſi-
gnificandū quattuoꝛ q̄ fuerūt in illis q̄ttu
oꝛ tꝑibus. ſcȝ ꝯceptio domini in vere. na-
tiuitas ī hieme. ꝯceptio iohānis baptiſte
in autūno. ꝛ natiuitas eius ī eſtate ¶ Se-
xto ſm̄ Hiero. ob diuerſas plagas que in
illis tꝑibus acciderūt. ¶ In q̄bus autem
diebꝰ ꝛ q̄re hec ieiunia fiant in. vij. pte ſb
ti. de anno ſolari dicet̄. Hec ergo ieiunia
vocant̄ q̄ttuoꝛ tēpoꝛū. quia in p̄miſſis q̄t
tuoꝛ anni tēpoꝛibꝰ fiūt. Vocant̄ etiā ieiu-
nia triplicia. ꝓ eo qꝛ fiunt tribꝰ diebꝰ q̄bꝰ
homīes ieiunant in ſeptimana. Antiq̄ eni
ieiunabāt eiſdē ferijs. ꝛ poſtea ſupaddita
ſunt ieiunia iſta. Vocāt̄ etiam ieiunia pꝛi
miciarū qꝛ cum in lege p̄ceptum ſit vt pꝛi
micie et decime deo dent̄. placuit ſanctis
patribꝰ vt dicit Augꝰ ī libꝛo de doctrina
xp̄iana ſoluere decimas ꝛ pꝛimicias tēpo
ris. Unde ꝓ p̄micijs inſtituerunt ieiunia
q̄ttuoꝛ tēpoꝛū. Et inde dicta ſunt ieiunia
p̄miciarū. Pꝛo decimis vero inſtituerūt
ieiuniū q̄drageſime. Sciendū auteȝ eſt qꝫ
ieiunia vernalia p̄mo inſtituta fuerunt in
p̄ma ſeptimana martij. eſtiualia in ſcd̄a iu
nij. autūnalia ī tertia ſeptēbꝛis. hiemalia
in quarta decēbꝛis. Sȝ ꝓpter multa que
inde ſurgebāt incōmoda ſtatuit leo papa
vt hiemale fiat in tertia ſeptimana aduen
tus. vernale in p̄ma ſeptimana quadrage
ſime. eſtiuale in ſeptimana poſt pente. au-
tūnale vero fiat ſm̄ veterē inſtitutionem.
Quare ieiunia inſtituta ſunt in dictis mē
ſibus. ꝛ quare in eis fiunt oꝛdinatiōes. vi
de in. vj. pte ſub ſabbato poſt dn̄icā. xvij
ꝛ in ꝓhemio ſcd̄e partis Caue tamē in cō
putatiōe ſeptimanaꝝ menſis ſeptembꝛis.
qꝛ ſi ip̄e mēſis inceperit in p̄ma vel in ſcd̄a

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vel in tertia vel i quarta feria. illi dies cō=
putanꝛ ꝓ p̄ma ſeptimana illius mēſis. ⁊ i
tertia ab illa ieiuniū fiet. Si vero mēſis iṗe
inceperit in q̄nta vel i ſexta vel in ſeptima
feria. tunc in ſequēti dn̄ica incipias cōpu
tare p̄mam ſeptimanā. ⁊ in tertia poſt illā
ieiuniū fiet. ⁊ ſic dies p̄cedentes nihil ope
ranꝛ q̄ꝫtum ad cōputationē ſeptimanarū
Verūtamē ſ̄m p̄mariā eccl̄ie inſtitutiōeꝫ
ieiunia veris dicūꝛ p̄ma. q̄ꝛ fiebāt in p̄mo
menſe. ſ. ianuario. qui apud romanos p̄/
mus menſis fuit. Ieiunia eſtatis dicūtur
q̄rta. q̄ꝛ fiebāt i q̄rto mēſe ſcꝫ in iunio. Ie
iunia autūni ſeptima q̄ꝛ fiūt in mēſe ſepti/
mo ſcꝫ i ſeptēbꝛi. Ieiunia hiemis decima
q̄ꝛ fiūt in decimo menſe ſcꝫ in decēbꝛi Vn̄
Zach. viij. ca. ieiuniū p̄mi ⁊ ieiuniū q̄rti.
⁊ ieiuniū ſeptimi. ⁊ ieiuniū decimi. ſcꝫ mē
ſis. erit domui iude in gaudiū. Sꝫ cū hec
ieiunia recolāt q̄ttuoꝛ anni tp̄a vt dictum
eſt. q̄re aguntꝛ in p̄mo menſe. ⁊ in q̄rto. ⁊ i
ſeptimo. ⁊ i decimo. cū p̄ncipia tēpoꝛū nō
ſint in his mēſibus. Rn̄deo ꝙ ieiuniū tra=
ctū eſt de veteri lege. Vn̄ agiꝛ in illis mē=
ſibꝰ nr̄is ſ̄m numerū menſiū illiꝰ tp̄is. Iu
dei eni ſ̄m lunatiōes ieiunabāt. ſ. in p̄ma.
i q̄rta. in ſeptima. ⁊ in decima. ⁊ ꝙ ē qꝺ le=
giꝛ ieiuniū pꝛimi. ieiuniū quarti. ieiuniuꝫ
ſeptimi. ⁊ ieiuniuꝫ decimi. q̄ꝛ ſicut in p̄ma
lunatiōe eſt p̄ncipiuꝫ anni illoꝝ. ſic ⁊ mar
tius eſt p̄ncipium anni noſtri. Ex auteꝫ ie=
iunia noſtra oꝛtum habuerunt a veteri le
ge. apparet ex hoc ꝙ a ieiunio veris vſqꝫ
ad eſtiuale ſunt. xiiij. hebdomade. q̄ꝛ tot
generatiōes fuerūt ab abꝛaam vſqꝫ ad da
uid. Iteꝫ ab eſtiuali vſqꝫ ad autūnale ſūt
ſimiliter. xiiij. ſeptimane. q̄ꝛ tot generatio
nes fuerūt a dauid vſqꝫ ad ieconiā. Item
ab autūnali vſqꝫ ad hiemale alie. xiiij. q̄ꝛ
tot reges fuerūt a ieconia vſqꝫ ad chꝛiſtū
cōputatis regibus illis quos mattheus i
ſuo euangelio p̄termiſit.

De aliis ieiuniis.

QUia de ieiu=
niis quattuoꝛ tēpoꝛū mētio fa/
cta eſt. cōſequens eſt vt ꝺ aliis
ieiuniis ꝙ aliqua p̄ſtringamus. Eſt auteꝫ
ieiuniū cōmunis omniū mēbꝛoꝛuꝫ ſatiſfa=
ctio. vt ſcꝫ membꝛa ſatiſfaciāt ſ̄m peccatū
qꝺ cōmiſerunt vel geſſerunt vt ſi gula pec
cauit ieiunet ⁊ ſufficit. q̄ꝛ eni ſola fuit i cul
pa ſola ſit in pena. Similiter ſi oculꝰ. Vn̄
Hieremie. Oculꝰ meus depꝛedatꝰ ē aīam
meaꝫ. ⁊ ꝑ feneſtras oculoꝝ meoꝛuꝫ moꝛs
intrauit in animā. Et Augꝰ. Oculo nihil
eſt nequius. et ſic de aliis mēbꝛis. Vel ie/
iuniū eſt parſimonia victus et abſtinētia
ciboꝛū. Augꝰ dicit. Maximū ⁊ ꝑfectū ie
iuniū eſt abſtinere ab iniq̄tatibus ⁊ a car=
nis voluptatibus. ⁊ delectatiōibꝰ huius
ſecli. Vn̄ pius papa ait: Nihil ꝓdeſt oꝛa=
re ⁊ ieiunare niſi mēs ab iniq̄tate ⁊ ab ob=
trectationibꝰ lingua cohibeaꝛ. Et dicitur
ieiuniū a ieiuno qꝺ eſt quoddā inteſtinuꝫ
in homie quod ſemꝑ eſt vacuū ⁊ ſubtile.
et ſic nos ieiunātes debemus eſſe vacui a
ſupfluis ⁊ a viciis tam in coꝛpoꝛe q̄ꝫ i mē/
te. Autoꝛitas ieiunii eſt ex tribus. ex ꝑſo/
na. ex loco. et ex tēpoꝛe. Ex ꝑſona q̄ꝛ p̄ce=
pit deus ade ⁊ eue. vt abſtinerēt a fructu
ligni ſciētie boni ⁊ mali. Ex loco. q̄ꝛ in pa=
radiſo inſtitutū fuit ⁊ initiū habuit. Ex tē
poꝛe. q̄ꝛ ab antiquo p̄ceptuꝫ eſt celebꝛari.
a creatiōe nāqꝫ homis in p̄mo mūdi exoꝛ/
dio dictum fuit ei. de ligno ſcientie boni ⁊
mali ne comedas. ⁊ q̄ꝛ fuit celebꝛatū ante
legē a moyſe. ⁊ ſub lege ab helia. ⁊ i tēpo=
re gr̄e a xp̄o. Moyſes enim non comedit
neqꝫ bibit. xl. diebꝰ. helias q̄ꝫ ambulauit
xl. diebus. ⁊. xl. noctibꝰ in foꝛtitudine ſub
cinericii panis. ⁊ xp̄s. xl. diebꝰ ⁊. xl. nocti
bus ieiunauit. Fuit etiā celebꝛatū i ſex eta
tibus. nam in ea etate q̄ fuit ab adam vſqꝫ
ad noe fuit abſtinētia carniū ⁊ vini. A noe
vero in poſterū fuit ꝯceſſum vinū ⁊ carnes
⁊ ſic de ceteris etatibus. Comendaꝛ au
tem ieiuniū exemplis. q̄m eua q̄ꝫdiu ieiu/
nauit ⁊ abſtinuit in paradiſo ⁊ vgo ꝑmā=
ſit. Adaꝫ q̄ꝛ ieiuniū violauit a deliciis pa
radiſi in ſummā miſeriaꝫ coꝛruit. Helias
quia ieiunauit in celū curru igneo raptus
eſt. Moyſes poſt ieiuniū cum deo locutꝰ
ē. Hieruſalē ꝑ ieiuniū liberaꝛ a ſennache=
rib tēpoꝛe regis ezechie et eſaie. Iona q̄ꝫ
p̄dicante p̄ſtatur venia niniuitis in ſacco
⁊ cinere ⁊ ieiunio penitentiā agentibꝰ. Ie
iunamus etiā exemplo apl̄oꝝ. vt diceꝛ ſb
q̄rta feria p̄te. Poꝛro ieiuniū aliud ē coꝛ
poꝛis ⁊ carnis. aliud mentis. aliud auari
cie. aliud faſtidiētis. aliud diſpenſatiōis.
aliud deuotiōis. aliud votiue ꝓmiſſiōis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliud ſuppletiõis. aliud cõpaſſiõis. aliud i
ſpirationis. aliud circũſpectiõis. aliud ra
tionabile. aliud irrationabile. aliud q̄lita=
tis ſiue ponderis. aliud q̄ntitat. aliud nu
meri. aliud ſũme exactionis. aliud alterni
tat. aliud zorofagie. aliad meroris. aliud
exultationis. aliud vanitatis ſiue ypocri
ſis. aliud ṽtut ſiue charitatis. aliud indi=
ctionis. aliud neceſſitatis. aliud inſtituti/
onis. aliud volũtatis. aliud paritat ¶ Sa
ne ieiuniũ corporis ⁊ carnis ē. quãdo q̄s
abſtinet a cibis ne nimis pingueſcat. vl' vt
ab infirmitate liberet̃. vel q2 comedere nõ
poteſt. ⁊ hoc nulli⁹ eſt meriti. ¶ Ieiuniũ
mẽtis eſt quando q̄s abſtinet a vitijs. vel
etiam a cibis ne caro pingueſcat laſciuijs
¶ Ieiuniũ auaricie eſt vt burſe parcatur
¶ Ieiuniũ faſtidientis eſt qđ fit vt appe=
tat. ¶ Ieiuniũ diſpenſatiõis eſt quod ce=
lebrat̃ in vigilijs ſolenniũ dierũ ⁊ magna
rum feſtiuitatum. vt natalis dñi. ¶ Que
ideo dicunt̃ vigilie. quoniã antiquit⁹ i p̄=
cipuis feſtiuitatib⁹ duo nocturnalia age/
bãt officia. ⁊ popul⁹ q̄ ad feſta venerat to
ta nocte i dei laudib⁹ in eccleſia vigilabat
qđ adhuc rome ⁊ i pleriſq3 loc' in magnis
feſtiuitatibus p̄ſertim ſanctoꝝ patronoꝝ
eccl'iaꝝ obſeruat̃. Sꝫ q2 luſores ⁊ cãtores
ꝯueniebant. ⁊ turpib⁹ cãtilenis ⁊ ſaltatio
nibus ⁊ cõmeſationib⁹ ⁊ potationib⁹ ⁊ for
nicationib⁹ intendere ceperũt. ꝓpter hec
⁊ multa alia incõuenientia q̄ fiebãt. hmõi
vigilie ſũt iterdicte. ⁊ inſtitutũ vt loco ea=
rũ fiãt ieiunia q̄ ieiunia adhuc retinẽt no/
men officij. Nam cõmuniter vigilie ⁊ non
ieiunia nũcupant̃. Si q̄s tamẽ ieiunaret
⁊ honeſte in eccl'ia vigilaret vtiq3 bene fa
ceret. ꝑut fit in natiuitate iohãnis bapti/
ſte ꝓpter eius reuerentiã Hec igit̃ inſtitu
tio dicit̃ diſpenſatio. q2 ieiuniũ ponit̃ lo
co vigiliaꝝ. de hoc dictũ eſt in q̄nta pte ſb
ti. de nocturnis. ¶ Ieiuniũ deuotiõis eſt
ad qđ quis neceſſario non tenet̃. qđ infe/
rius voluntariũ appellat̃. ¶ Ieiuniũ vo/
tiue ꝓmiſſionis eſt vt ſi q̄s vouet q̄ certa
die ieiunabit. vel a carnib⁹ abſtinebit. Et
nota q̄ vota ex diſcretiõis ꝯſenſu. comite
rõne emiſſa deo reddẽda ſũt. iux̄ illđ. Vo
uete ⁊ reddite deo vota vr̃a. ¶ Votoꝝ
aũt aliud ē neceſſitat. aliud ſpõtanee vo/
lũtatis. Neceſſitatis ē qđ ē fidei annexũ
vt qđ fit in baptiſmo. puta fidei catholice
ꝓfeſſio. ⁊ ſathane abrenũciatio. ⁊ votum
obſ̃uatiõis decẽ p̄ceptoꝝ leg. ⁊ ꝯtinẽtie
quã q̄s i ſuſceptione ſacri ordinis vouet.
Et talia vota q̄ſq3 iuiolabilit̃ obſ̃uare te=
net̃ Spõtaneoꝝ ṽo votoꝝ. aliud ē diſcre
tũ. aliud indiſcretũ. Indiſcreta ſũt vota
pueroꝝ ⁊ puellaꝝ dũ ſũt in parẽtũ ptãte.
Vñ ill' volẽtib⁹ irritari pñt. Si igit̃ puel=
la infra nubiles annos vouerit caſtitatẽ
ꝑpetuã licite nubere poterit. parẽtib⁹ vel
curatorib⁹ illã ad h̄ cogẽtib⁹. Indiſcretũ
ē etiã votũ mulier i ptãte viri exñtis Vñ
ſi illo inſcio vouerit ꝑegrinari vir votum
hmõi poterit reuocare. q2 ipa nõ hꝫ pote=
ſtatẽ ſui corpis. ſ3 vir. Indiſcretio etiã at=
tendit̃ q̄ñq3 circa ꝓuectos ⁊ liberos. vt ſi
forte q̄s vouerit ad qđ ꝑficiẽdũ ſufficẽ ne=
q̄t. vel i q̄ natura ita debilitaret̃ q̄ poſſet
fieri ſuij ꝓi⁹ homicida vel qđ ſine alteri⁹ li
cẽtia cõplere neq̄t. vl' qđ nõ ex deliberati=
one ſ3 ex iracũdie calore emittit̃ ⁊ talia po
ti⁹ ſũt ſpernẽda q̄3 executiõe digna. ¶ Ie
iuniũ ſuppletiõis ē vt ſi q̄s vltra pniaꝫ ſibi
a ſacerdote iniũctã aliquid ſuppleat d' ſuo
¶ Ieiuniũ cõpaſſiõis ē. vt ſi ſacerdos ali
cui dicat ꝓ h̄ pctõ fac cãtari duas miſſas.
⁊ ieiuna. ⁊ ego ꝓ h̄ etiã cãtabo ⁊ tres dies
ieiunabo ꝓpt̃ h̄. tñ non dꝫ aliq̄d recipe. q2
ſacerdos debet cõpati ꝓxio ſuo. et orare
ꝓ eo. ⁊ etiã ieiunare. p̄t etiaꝫ dici cõpaſſio
vt ſi q̄s petit a ſacerdote pniaꝫ pr̃i ſuo in/
iunctã. vt ꝓ patre ꝑagat ꝑtem illi⁹ Quat
tuor eni modis fit hmõi cõpaſſio. q̄ñq3 ꝑ
ſacrificia. q̄ñq3 ꝑ ieiunia. q̄ñq3 ꝑ oratiões
q̄ñq3 ꝑ elemoſynaꝝ largitõeꝫ ¶ Ieiuniũ
inſpirationis eſt. vt in beato nicolao q̄ ad
huc infans ⁊ manẽs in cunabulis tribus
diebus i hebdomada a mamilla mr̃is ſue
abſtinebat. vel vt alij dicũt q̄rta feria ⁊ ſe
xta ſemel tm̃ ſugebat mamillas. ¶ Ieiu/
niũ circũſpectionis eſt. q̄ñ ꝓ aliq̄ iminẽte
tẽpeſtate ꝓ periculo hoſtiũ. vel ꝓ caſu cu
iuſlibet anguſtie ieiunam⁹. ¶ Ieiuniũ ra
tionabile eſt. quãdo cibũ ⁊ potum mode=
rate ſumim⁹. nec naturaꝫ debilitam⁹. Vñ
apl's. Rationabile ſit obſequiũ veſtrum.
nõ i cõmeſationib⁹ ⁊ ebrietatib⁹. Irratio=
nabile ē. ſi q̄s velit ieiunare ꝑ duos vel ꝑ
tres dies. vel ꝑ totã hebdomadaꝫ qđ non
approbat de⁹. vult eni hoiem ſic ieiunare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt cogatur vicijs mori. nõ vt cogat natu-
ra diſſolui. Unde ꝓhibet ieiuniũ qđ qui
dam faciunt a cena domini vſq ad paſca
¶ Ieiuniũ q̃litatis eſt. ſi q̃s voueat ſe vl/
terius non comeſturũ carnes. ¶ Ieiuniũ
q̃ntitatis eſt. vt ſi q̃s comedat ad põdus
vel ad mẽſuram non plus vna die q̃ȝ alte
ra. vel ſi q̃s voueat ſe non comeſturũ niſi
tanti põderis panẽ. ¶ Ieiuniũ numeri ẽ.
quãdo q̃s vouet ꝙ de cetero nõ comedet
niſi vna vice in die. cogitans ꝙ comedere
pluries in die beluaruʒ eſt. comedere bis
hominũ. ſemel angeloꝝ. ¶ Ieiuniũ ſũme
exactionis ẽ. in his q̃ nõ comedũt niſi ole-
ra. radices. ⁊ herbas. vt iohannes bapti-
ſta ĩ deſerto. ⁊ maria egyptiaca ĩ heremo
que cum duobus panibus tm̃ iordanem
trãſiens. auſteram vitam in heremo. xlvij
annis egit. ¶ Ieiuniũ alternitatis eſt. vt
cum quis vno die comedit ⁊ alio ieiunat.
¶ Ieiuniuʒ zorophegie đr ſicca comeſtio
a zoros qđ eſt ſiccũ ⁊ fagin qđ eſt comedẽ
Unde ꝑſtian⁹ in zorophago biſantij. Sic
ca ꝟo comeſtio eſt vt in fructib⁹ pomis pi
ris caſtaneis. ⁊ ꝯſil'ibus. Quidã tñ ſiccaʒ
comeſtionẽ appellãt legumia ſiue cruda ſi
ue cocta etiã ſi lixata comedant cũ coclea
ri. ¶ Ieiuniũ meroris ꝯſiſtit ĩ vno. ſcʒ in
abſtinẽtia ciboꝝ. ⁊ fit ꝓpt̃ duo. ſcʒ ꝓpter
corꝑalẽ abſentiã ⁊ ſpũalez ſponſi. Hoc re
ꝑ̃ſentat eccl'ia in trib⁹ q̃ttuor tꝑib⁹. ¶ Ie-
iuniũ exultationis ꝯſiſtit in duobus. ſcʒ ĩ
abſtinẽtia ciborũ ⁊ mũdanaꝝ rerum. ⁊ fit
ꝓpter vnũ ſcʒ ꝓ quadam interne dulcedi
nis ꝑguſtatione. iuxta illud. Guſtate ⁊ vi
dete qm̃ ⁊c̃. Hoc repſentat eccl'ia in vigi/
lia ⁊ hebdomada poſt pente. vtrũq vero
repſentat in tẽpore aduẽt⁹. ꝓut ibi dictuʒ
eſt. Eſt ergo duplex ieiuniũ. ſcʒ tribulati-
onis ⁊ gaudij. ſiue meroris ⁊ exultatiõis.
ſicut habetur in glo. ſuꝑ illo loco. Mat.
ix. ca. Nũq̃d poſſunt filij ſponſi lugere q̃ȝ
diu fuerit ſponſus cum eis. ¶ Ieiunium
vanitatis ſiue ſimulatiõis vel fictiõis ẽ in
ypocritis. ¶ Ieiuniũ ꝟtutis ſiue charita
tis eſt ĩ ſanctis ⁊ ꝑfectis. ¶ Ieiuniũ indi-
ctionis eſt. vt in die beati marci. ¶ Ieiu/
niũ neceſſitatis eſt in ꝑfectis. ¶ Ieiuniũ
inſtitutionis eſt ieiunium quadrageſime
⁊ alia a ſanctl patrib⁹ inſtituta. que quare
inſtituta fuerint iam dictum eſt. ⁊ dicetur

ſub ti. de capite ieiunioꝝ. Et nota ꝙ ieiu
niũ indictionis neceſſitatis et inſtitutiõis
ad idem referunt. Ieiunia neceſſaria ſcʒ
ꝑ eccl'iaʒ inſtituta ⁊ indicta ſũt ieiunia q̃t-
tuor tempoꝝ. vigiliaꝝ apl'oꝝ. natiuitatis
dñi. beati iohãnis baptiſte. omniũ ſancto
rum. aſſumptiõis beate marie. beati laurẽ
tij. quadrageſime. ⁊ ſexte ferie preter illas
que ſunt inter paſca et pente. ⁊ preter q̃ȝ ſi
natiuitatem dñi in ea venire ꝯtingat. niſi
tunc aliqui voto vel religione ſint aſtricti
¶ Dicũt tñ q̃dam ꝙ ieiuniũ ſextis ferijs
nõ ẽ neceſſitatis. niſi quo ad carnes. alio/
q̃n nõ liceret ciſterciẽſib⁹ illđ mutare. Sʒ
⁊ ſm leonẽ papã lʒ non ſit neceſſitatis ſab
bato a carnib⁹ abſtinere rõnabilis tamen
cõſuetudo. ⁊ canon Inno. aliter interp̃ta
tur. eo ꝙ in illo triduo poſt paſſionez dñi
tota fides in ſola beata ꝟgine maria remã
ſit. Generalia quoq ⁊ ſpecialia ieiunia ꝑ
ep̃os in ſinodis ⁊ concilijs inſtituta ſolui
non debent. ¶ Siq̃dez ad neceſſaria ieiu
nia tenet doli capaces cuʒ ⁊ ipſi delinque-
re poſſint. diſpenſari tamẽ poteſt circa h
cum impuberib⁹. ⁊ etiam cuʒ conſtitutis
in maiori etate. ⁊ cum ſenib⁹ ⁊ infirmis ac
debilibus. Mulieres vero lʒ ꝓpter viro
rum ꝓhibitionem ieiunia votiua volũta-
ria dimittere debeãt ꝓut ſupra tactũ eſt. ĩ
dicta tñ ꝑ eccl'iam nõ. lʒ ⁊ in illis ſacerdos
forte ꝓpter ſcãdalũ cum eis valeat diſpẽ
ſare. Aliter eni indicta ieiunia redimi pe/
cunia vel alio modo nequeũt niſi caſualis
neceſſitas ſubſit. Tunc eni bene pñt redi-
mi vel cõmutari. ſicut et ieiuniũ feſti qđ ẽ
die lune fit in ſabbato. Unñ ⁊ ĩ q̃buſdã locl
in q̃bus ſunt eccl'ie ſancti q̃ntini nõ ieiuna
tur in vigilia ſctõꝝ oĩuʒ. ſed die tertio ꝑce
denti. de hoc dictum eſt in ꝓhemio ſecun
de ꝑtis. Poſſet etiã ſtatui vt q̃dam dicũt
vt in dictis ieiunijs bis parũ tamẽ come/
deretur. ſicut faciũt ciſtercieñ. opantes q̃
ad tollendũ ſcandalũ ⁊ charitatez ſeruan
dam aliq̃d preguſtant. nec propter hoc ie
iuniũ ꝑ eccleſiam indictũ ſoluere dicunt.
¶ Uoluntaria vero. ſcʒ ad que aliq̃ voto
vel ꝓpoſito ſe aſtringũt vel etiã que ſacer
dotes ꝑ̃ter indicta ꝓpt̃ peccata imponũt
licet cõmutare ⁊ redimere. etiã ſi nl'la cau
ſa ſubſit dũmodo vtilior ſit cõpẽſatio. Ce
terũ comedere añ horã comedendi. et añ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

miſſaꝫ i ieiunijs ſtatutis ⁊ neceſſarijs mor
tale peccatum eſſe ſacri canones affirmāt
in volūtarijs vero veniale. ¶Circa vigi=
lias apl'oꝝ notandū eſt ꝙ ē ieiuniū parita
tis quādo videlicet paria ſanctoꝝ merita
pariter ieiunamus ſicut ptꝫ in vigilijs be=
atorū iacobi ⁊ bartholomei. ⁊ alioꝝ apo/
ſtoloꝝ. q̄ nō habēt ieiunia inſtitutiōis. in
q̄bus ieiunamꝰ ꝑ eo ꝙ fuerunt apl'i. quo/
niā alij apl'i vigilias habēt. Cum eni ſint
in meritis pares. decet vt oēs habeant
ieiunia. Vn̄ cōciliū bracareñ. dicit ꝙ oīuꝫ
apl'oꝝ vigilie ſunt ieiunāde ꝑter vigilias
apoſtoloꝝ philippi ⁊ iacobi ⁊ iohis euan=
geliſte. Eccl'ia tamē gallicana nō tenet. ni
ſi de ſex apoſtolis. ⁊ d̄ q̄ttuor eoꝝ ieiunijs
Petrus ⁊ paulus habēt pariter vnuꝫ. qꝛ
eadē die paſſi ſunt. ſymon ⁊ iudas habēt
aliud. mattheus habet tertiū. andreas q̄r
tum. In vigilijs iſtorū ieiunanduꝫ eſt. vt
ſicut illi paſſi ſunt ꝑ xp̄i nomine. ſic ⁊ nos
cum eis cōpatiamur. ſi cum eis cōregnare
velimus. De alijs vero apoſtolis inſtitu/
tū non eſt ꝑpter aliqua impedimēta. Ec/
ce eni feſtum Philippi et Jacobi eſt inter
paſca ⁊ pēte. qđ tempus gaudij ē ⁊ leticie
ideoq̄ꝫ tunc nō eſt ieiuniuꝫ. Si oppонatur
de ieiunijs letaniarū. Reſpōdet ꝙ neceſ=
ſitas īteruenit ꝑut ibi dicet. vel id non eſt
ieiuniū neceſſitatis ſꝫ volūtatis. Et de eo
ꝙ q̄daꝫ ꝑpter expectationē ſanctiſpiritꝰ
ieiunant ab aſcēſione vſq̄ꝫ ad pente. ꝑ eo
ꝙ apoſtoli dicunt hoc tempore ieiunaſſe
Reſpondet ꝙ nulla ſcṗtura autētica dic
apl'os tunc ieiunaſſe. Unde tūc ieiunādū
non eſt. qꝛ illud tēpus eſt de tēpore paſca
li. In vigilia tamē pente. bñ ieiunandū ē.
vt ꝑ ieiuniū mūdati ⁊ purificati ſpiritū ſā
ctū digne ſuſcipe mereamur. Iteꝫ iacobꝰ
zebedei frater iohānis euāgeliſte occiſus
eſt ab herode in diebꝰ azimoꝝ. q̄re ieiuniū
non habet. nec etiaꝫ tunc de illo feſtū cele
brat ꝑut in. vij. pte ſub ipiꝰ feſto dicetur.
De beato bartholomeo cuiꝰ feſtū celebra
tur. ix. kalend. ſeptembris dꝛ ꝙ fuit exco=
riatus. et ſequēti die obijt. ⁊ ſic ſi haberet
vigiliā oporteret ꝙ eēt tertia die ante. qđ
eſſet ꝯtra normā aliorū feſtiuoꝝ ieiunioꝝ
Quidā autē celebrant feſtū excoriatiōis.
alij obitus et melius. Sꝫ ſicut in concilio
bracareñ. cauet. in hoc ꝯſuetudo cuiuſli=

bet eccl'ie eſt obſeruanda. Barnabas aūt
nō habet ieiuniū. qꝛ nō eſt de numero. xij
apl'oꝝ. nec dꝛ apl's niſi qꝛ cum eſſet ſocius
pauli miſſus fuit ad ꝑdicādum. Vn̄. Se=
gregate mihi barnabā ⁊ paulum. De be/
ato q̄ꝫ thoma non ē ieiuniū ſtatutū. qꝛ eiꝰ
feſtū eſt in aduentū dn̄i. vbi ꝯtinuū ē ieiu
niū. Mathias etiam ieiuniū inſtitutiōis
nō habet. qꝛ frequēter feſtū illiꝰ ſolet con
tingere i ſexageſima ⁊ ſemꝑ ē in ſeptuage
ſima ⁊ tūc ē tp̄s ieiunij Vel qꝛ non fuit de
ꝑmitiuis apl'is ſꝫ poſt paſſionem dn̄i ſorte
electus ē. ⁊ ꝑ electiōem alioꝝ loco iude cō
ſtiturꝰ. Vn̄ ꝑpha. Et ep̄atum eiꝰ accipiet
alter. Decretalis tn̄ dic ꝙ hꝫ vigiliā ⁊ ie=
iuniū nec ē vis ſiue iſtud feſtū fiat in ꝑma
die biſextili ſiue in ſcd'a. ꝑut in. viij. pte ſꝫ
anno ſolari dicet. Johēs euāgeliſta feſtū
habet tertia die poſt natale dn̄i. ⁊ tūc non
eſt ieiuniū. tū ꝑpter feſta tūc occurrētia.
tū qꝛ ipe die illa nō obijt. imo i die feſti be
ati iohānis baptiſte. Si tn̄ fieri poſſet bo=
nū eēt in oībꝰ apl'oꝝ vigilijs ieiunare Be
atus laurētius ſolus iter martyres. ⁊ ſolꝰ
beatꝰ martinꝰ int ꝯfeſſores ieiuniū habēt
Porro dicūt q̄dam ꝙ nō ſoluit ieiuniū lꝫ
peccet q̄ in ieiunijs indictis ꝑterq̄ꝫ i q̄dra
geſima comedit caſeū ⁊ oua. Alij cōtradi
cūt. Ex cauſa tn̄ i aliq̄bꝰ locis h' poſſet cō=
cedi. De ieiunio itaq̄ꝫ q̄drageſime. Greg.
ita dic. Par aūt eſt vt q̄ his diebꝰ a carne
aīaliū abſtinemꝰ. ab oībꝰ q̄ꝫ q̄ in ſemētinā
trahūt originē carnis ieiunemꝰ. a lecte vi
delicet caſeo ⁊ ouis. Quidam autē hereti
ci dicūt ꝙ chriſtiani nūq̄ꝫ deberēt carnes
caſeum ⁊ oua comedere. qꝛ vt dicūt h' nō
legit in nouo teſtamento. imo apl'i iudica
uerūt abſtinere ab imolatis ſimulacroruꝫ
⁊ ſanguine ⁊ ſuffocato. Et apl'us. Si eſca
ſcandalizauerit. f. m. n. m. c. ine. Et alibi.
bonū eſt non manducare carnem. neq̄ꝫ bi
bere vinū. Non legit etiā vt dicūt ꝙ xp̄s
ex aliqua creatura eoꝝ q̄ mouent diſcipu
lis ad mādicādum daret. nec etiā ante ſe
māducari ſineret. preter piſces. nec ex fru
ctu alicuiꝰ creature q̄ moueat ſe. excepto
fructu apū Electuarijs xo nō aliter vti li
cet niſi ſic alio delicato cibo Secꝰ ē i medi
cina curatiua. Perſeueratiuā tn̄ vbi nul/
lū ē ſignū inſtantis infirmitatꝭ recipe non
licet. Quidā tn̄ dicūt ꝙ ꝑ nulla medicina

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nec etiaꝫ ꝑ electuarijs ieiuniū ſoluit̄. nec
etiā ꝑ potu ante cibū vel poſt. Sic eni vi-
detur inductū ex ꝯſuetudie eccl'ie ieiunā-
tis ⁊ h̄ tolerātis. Seneſcalci aūt vel quili
bet alij ſeruitores vel portātes exenia. nō
ſoluūt ieiuniū ſi ꝑguſtant cibos añ dños
forte de toxico dubitātes. Quibus etiam
caſib⁹ monachi abbatib⁹ ſuientes. et alij
ſuitores pñt carnes ꝑguſtare. Idemqꝫ ē
etiam de medicis ꝑguſtantib⁹ medicinas
Tempe ieiunioꝝ ꝑcioſe veſtes deponūt̄
⁊ humiles aſſumunt̄. ⁊ carnes tam ſolide
q̄ꝫ liq̄de dimittunt̄. ¶ Sed cū piſces ſint
caro q̄re h̄ tpe comedunt̄ Rñſio deus nō
maledixit aq̄s. qm̄ ꝑ aquā baptiſmi futu-
ra erat remiſſio peccatoꝝ. h̄ eni elemētum
digniſſimū eſt qđ ſordes abluit. et ſup qđ
ſpūs dñi añ mūdi ꝯſtitutiōem ferebatur.
Terre xͦo maledixit in operib⁹ hominis.
inde eſt ꝙ omne genus carnis quod i ter/
ra verſatur tam q̄drupedia q̄ꝫ aues in ie/
iunijs non licet comedere. Et lꝫ q̄dā aues
circa mare verſentur ⁊ in aquis. ⁊ quedā
in eis vel ex eiſdem naſcātur. magis tamē
ad naturam terre a qua nutrimentū perci
piunt quo ad hoc ꝑtinere dicunt̄ Adhuc
cum q̄dā piſces ſint habentes ex vna par
te formā quadrupedis animalis ⁊ ex alte
ra piſcis vel biuerus. in ieiunijs poſſūt co
medi ex parte qua piſcis videtur. ex alia
xͦo minime. Adhuc piſciū vſus ſm̄ Gre/
go. ita xp̄iano relinquit̄. vt h̄ ei infirmita
tis ſolatiū nō luxurie pariat incendiū De
niqꝫ q̄a carne abſtinet nequaq̄ꝫ ſūptuoſi/
ora marinaꝝ beluaꝝ cōuiuia ꝑparet. Vi-
nū q̄ꝫ i ieiunijs ſic bibere permittimur. vt
ebrietatem oīno fugiam⁹ Unde in penitē
tiali romano ſtatutū ē vt penitēs paruis
piſciculis et mediocri ceruiſia temperate
vtat̄. Poſtremo notanduꝫ eſt ꝙ ſicut ait
Greg⁹ in omelia illi⁹ euāgelij. Homo qui
dam diues fecit cenā magnā. refectio cor-
poris in dieb⁹ ieiunioꝝ poſt quā nl'la alia
parat̄ nō ꝓādiū ſ; cena vocat̄.

¶ De officio quarte ferie.

N Unc ad hui⁹

diei officium redeam⁹. Sicq̄dē
in hac quarta feria examinant̄
ordinandi an ſint idonei ad ſuſcipiendos
ordines vel nō. quoniā in quarta etate le-
uite a dauid ⁊ ſalomōe ad templi miniſte-
ria diſtributi ſunt. Et inde eſt ꝙ due lecti
ones legunt̄ ad miſſam. quaꝝ ꝑma que le
gitur ſb̄ tono nocturnali. declināte. ſignifi
cat vetus teſtamentū. ⁊ ſcđa q̄ legitur ſub
cōmuni tono ſcꝫ aſcēdēte. ſignificāt nouū
teſtamentū. ad ſignificanduꝫ ordinādos i
vtroqꝫ teſtamento debere eē inſtructos.
monēdi eni ſūt q̄ ad ordinē ſacrū ꝯſcēdūt
ꝙ habeāt noticiā legis ⁊ ꝓphetarū q̄bus
poſſint alios erudire Prima lectio ē Erit
in nouiſſimo Eſa. ij. ca. Scđa eſt. Locut⁹
eſt dñs. Eſa. vij. c. Sꝫ et lex et ꝓph'e q̄rta
mūdi etate viguerūt. ⁊ doctrinā ieiunioꝝ
habem⁹ a veteri teſtamēto vt ꝑmiſſum eſt
ſemel genua flectunt̄. q2 tam i lege q̄ꝫ in ꝓ
phetis de⁹ vn⁹ coli ꝑcipit̄. Quotiēs aūt i
q̄rta feria due lectiōes legunt̄. totiēs i an-
no i ꝓximo ſabbato pñt generaliter ordi-
nes celebrari. qđ ſexies cōtingit, videlicet
ter i q̄dragesima. ⁊ ter extra q̄dragesimaꝫ
de quo dictū eſt in ꝓhemio ſcđe ꝑtis. In
ſexti xͦo ferijs ieiunioꝝ q̄ttuor tēpoꝝ vna
dūtaxat lectio ad miſſam legit̄. q2 lex ⁊ ꝓ-
phete q̄ fuerūt in q̄rta etate in vno euāge
lio in ſexta etate recapitulant̄ Sane hui⁹
q̄rte ferie euangeliū ē. Miſſus eſt angel⁹
⁊c̄. qđ ē Luc. j. c. In q̄ paranumphi recitā
tur annūciatio. xͦginis ꝯſenſus. et dñi in-
carnatio. q̄ ꝓpheticis tubis fuerāt añ de/
clarata. Unde ꝑcinit ꝓpheta introitum.
Rorate celi deſup ⁊ nu. plu. iu. Eſa. xlv.
ca. Rorate dicit ⁊ pluere. q2 deſcēdit ver
bū i aulā credule xͦginis. ſic pluuia in vel
lus Celos dixit ⁊ nubes āgelos ⁊ ꝓphas
q̄ enarrāt gl'iaꝫ dei. In ꝓphetica lectione
Erit i nouiſſimis dieb⁹. q̄ ē Eſa. ij. c. agit̄
de mōte dñi q̄ de ꝑuo lapide creuit i mōtē
q̄ regnabit i domo iacob Uñ recte ſubdit̄
in graduali. Tollite portas ꝑnci. ve. ⁊ in/
troibit rex gl'ie. Et q̄s aſcēdet in mōtē dñi
In epl'ari lectiōe. Locut⁹ ē dñs ad achaꝫ
⁊c̄. q̄ eſt Eſa. vij. ca. manifeſte agit̄ de bea
ta xͦgine. cui rite ſuccinit̄ graduale. Pro-
pe ē dñs. ⁊ ne qua ſurrepat dubitatio ſub
dit̄ in offertorio. Cōfortamini. Alie tamē
eccl'ie dicūt Aue maria. qđ ſumit̄ ex dicto
euāgelio. Cōmunio ē. Ecce xͦgo. Eſa. vij
ca. In matutinali xͦo officio i q̄ſuſdam ec
cleſijs pſalmodia finita diaconus ſubdia-
con⁹ ⁊ acoliti in albis cum candelabris et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

thuribulo ꝓceſſionaliter iuſſu prelati ad
pulpitū pergūt vbi diacon⁹ ꝓnūciat euā=
geliū. Miſſus ē. ⁊ ei⁹ omeliaꝫ. deinde in=
ceſſat altare ⁊ poſtea ipe ⁊ ſubdiacon⁹ ſe/
dent. donec vn⁹ acolit⁹ inceſſauerit choꝝ.
qḋ q̄dem fit ob reuerētiā dn̄ice annūciati=
onis. q̄ in ipo euāgelio ꝯtinetur. Nempe
platus illos mittit. ad notandū ꝙ de⁹ pa=
ter ꝓphas ꝑmiſit ad ꝓnūciandū dn̄i icar=
natione futurā. ⁊ gabrielem angelū miſit
ad annūciandū eam ꝟgini marie. Diaco=
nus euangeliū ꝓnuncians eſt angelus an
nuncians virgini ꝙ conciperet. Altaris
thurificatio eſt ſpūſſancti ipi virgini ob/
umbratio. Miniſtrorū quies ſiue ſeſſio
eſt ipius ꝟginis timor. ⁊ cogitatio qualis
eēt angeli ſalutatio. Chori vero thurifica
tio eſt patrū illi⁹ tempis de filij dei incar/
natione diu deſiderata exultantiū gratia
rūactio ⁊ cōgratulatio.

De ſexta feria.

In ſexta feria

vna tm̄ lectio ad miſſam legit̄.
quia actor noui ⁊ veteris teſta
menti de q̄bus ꝑmiſſum eſt vnus ſol⁹ de⁹
eſt. ⁊ qꝛ ex vtroq̄ꝫ teſtamēto vnū euange/
lium factum eſt. Et eſt epiſtolaris lectio.
egrediet̄ virga q̄ eſt Eſa. xj. c. ⁊ manifeſte
de aduētu dn̄i ⁊ de beata ꝟgine intelligit̄
q̄ cum eſſet ꝟgo imaculata ꝑpe fuit. Iḋo
ꝙ in introitu eccl'ia ꝑcinit. Prope eſto mi
hi. ⁊ in ꝟſu. Beati imaculati. ⁊ ad ideꝫ ꝑ=
tinet euangeliū. Exurgens maria. qḋ eſt
Luce. j. ca. Graduale. Oſtēde nobis do/
mine. Et offerenda. Deus tu. Vel ſm̄ ali
os. Audi iſrael. ſcḋm reſpiciūt aduentuꝫ.
quē qꝛ celi enarrauerūt. i. apl'i predicaue=
rūt. in ſecūdo aduentu cum dn̄o iudicatu
ri. idcirco eſt hodierna ſtatio ad ſanctos
apl'os. de q̄b⁹ habet̄ in cantico ꝟginis d̄
quo fit mētio in ꝑmiſſo euangelio. vbi dꝛ.
Depoſuit potentes de ſede. i. ſupbos ſcri
bas ⁊ phariſeos. ⁊ exaltauit hūiles. id ē.
apoſtolos. Et i cōmunione. Ecce dn̄s ve
niet. Zach. vlt̄. ca.

De ſabbato.

In die ſabba=

ti dicunt̄ q̄ttuor lectiōes de ve
teri teſtamēto an̄ lectionē illaꝫ.
Angelus dn̄i. q̄ ſumūt̄ de lege ⁊ ꝓphetis
Et in q̄buſdaꝫ eccleſijs prima eſt. Clama=
būt. q̄ eſt Eſa. xix. ca. Scḋa eſt. Letabit̄.
q̄ ē eiuſdē. xxxv. c. Tertia eſt. Sup mōtē.
q̄ eſt eiuſdē. xl. c. Quarta ē. Chriſto meo.
q̄ eſt eiuſdē. xlv. c. Ideo aūt q̄ttuor. qꝛ q̄t=
tuor ſūt ordines bn̄dicentiū deū. videlicꝫ
ꝑlati. clerici. religioſi. et laici ſiue ꝑpl's. q̄s
pſalmiſta enumerat dicēs. dom⁹ iſrl' bn̄di
cite dn̄m. ꝑ h̄ ꝑplus. dom⁹ aaron bn̄dicite
dn̄m. ꝑ h̄ ꝑlati. dom⁹ leui bn̄dicite dn̄m.
ꝑ h̄ miſtri. q̄ timetis dn̄m benedicite dn̄m
ꝑ h̄ religioſi intelligunt̄ Prima ergo lctō
ꝑtinet ad ꝑpl'm. Scḋa ad ꝑlatos. Tertia
ad miſtros. Quarta ad oīes religioſos.
In his eni lctōibus informant̄ ordinādi.
vt ad exēpla ſctōꝝ patꝝ dictoꝝ q̄ttuor or
dinū cū eis bn̄dicāt dn̄m. ſiue vt bn̄dictio
illoꝝ veniat ſup eos. Vel ideo q̄ttuor le=
gunt̄. qꝛ ieiunās debet hr̄e q̄ttuor cardia=
les ꝟtutes. ſcꝫ tꝑantiam. qꝛ ipm ieiuniuꝫ
tꝑantia eſt. Prudētiā. Vn̄ apl's. rationa=
bile ſit obſequiū veſtrū. Fortitudinē Vn̄
Prouē. vlt̄. d̄ muliere forti. i. de eccl'ia. Ac
cinxit fortitudine lūbos ſuos. Quia opor
tet nos multū laborare ad hoc vt caro no
ſtra mūda ſit. qḋ cuꝫ magna fit pugna. qꝛ
valde corrupta ē ⁊ ſpinas ⁊ tribulos ger/
minat. ⁊ iḋo cū magna attritiōe venit ad
cādorē. ſic̄ ⁊ byſſus. Et iuſticiā. Vn̄ Eſa.
Et erit iuſticia cingulū lūborū ei⁹ et fides
cinctoriū renū ei⁹. de xp̄o loq̄t̄ i membris
Qn̄ eni fit iuſticia i t̄ra recedūt latrones.
ſilr̄ iter qn̄ iuſticia fit i nobis recedūt praui
mor⁹ ⁊ nō ſupant. lꝫ i nob̄ habitēt. Si ꝟo
nō fiat iuſticia nō recedunt. Vn̄ Eſa. Ꝗr
nō fecim⁹ iuſticiā nō receſſerunt habitato
res t̄re. vbi ē iuſticia. ibi ē pax. Fides aūt
ē cinctoriū renū ei⁹. Qꝛ vt dic̄ Greg⁹. De
ſpect⁹ terrenoꝝ reſtringit fluct⁹ carnaliuꝫ
voluptatuꝫ. Vn̄ ſi ieiunas a cibis corpis
optet vt ieiunes a cibis demonis. ⁊ come
das cibos mētis. Qui aūt ſic ieiunāt n̄ no
cebit eis ignis tribulatiōis. nec ignis mū=
dan⁹. ſic̄ nec trib⁹ pueris nocuit ignis for=
nacis babylonis. Et iō ſeq̄t̄ lctō Dan̄. iij
ca. Angel⁹ dn̄i Precedit aūt ipa lctō ordi
natione clericoꝝ. ad notāduꝫ ꝙ nemo rite
ꝑt ad ꝯſecratōeꝫ accedē niſi pri⁹ trāſeat ꝑ
fornacē atq̄ꝫ i fornace dn̄m bn̄dicat. iuxta
illḋ ſap̄. Vaſa figuli ꝓbat fornax ⁊ hoies

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iuſtos tẽptatio tribulatiõis. qꝛ q̄ ad ſacrū
accedūt miniſteriū ꝓbãdi ſunt in camino
mĺtaꝝ tribulationū ⁊ tẽptationū. iux̄ illō
apĺi. Et hi ꝓbẽt̄ p̄mo ⁊ ſic miſtrẽt. ꝓpt̄ or
dinãdos eni legit̄ ad ſigficãdū ꝙ ſic viuẽ
dn̄t vt nō noceat eis aliqs ignis regl baby
lonis. i. diaboli. ſic̄ ignis trib⁹ pueris non
nocuit. Et ſequūt̄ bn̄dictiões. ſ. hymn⁹.
Bn̄dict⁹es dn̄e ⁊c̄. Qꝛ poſt ꝓbatiõez co/
ronãt̄. ⁊ dn̄o bn̄dicūt̄. Et i fine ſubijcitur
v̄ſ⁹. gl̄ia p̄ri ⁊ fi. ⁊c̄. i laudẽ ⁊ honorẽ trini
tatl. qđ nō fit poſt pſalmū. bn̄dicite. tū qꝛ
i vltimo v̄ſu fit intẽtio de p̄re ⁊ filio ⁊ ſp̄ū
ſctō. tū qꝛ ibi i facto triū pueroꝝ tota trini
tas fuit dehoneſtata. h̄ vō v̄ſus p̄cedẽteſ
ad ſoli⁹ p̄ris ꝑtinẽt laudes. et i ordinãdis
trinitas honorat̄. Choro ãt licz ſedere dū
lctō ipſa dr̄. ꝟ nō i cãtu. Aliud eni ſigficat
ip̄a lectio i legẽdo. ⁊ aliud i cãtando. Vn̄
tunc ſtare dꝫ ep̄s ⁊ cler⁹. qm̄ nō debemus
quieſcere q̄ ſcim⁹ pueros illos ꝓ deo labo
raſſe. Dicūt̄ aūt i ſabbatl ieiunioꝝ. vij. le
ctiones euãgelio ꝯnumerato eo ꝙ. vij. ſūt
ordies. Et q̄dã dicunt. xij. ꝓ eo ꝙ antiq̄t⁹
rome ⁊ adhuc i ꝯſtãtinopoli fieri dr̄. lege/
bat̄ grece ⁊ latine. ⁊ legebãt̄. xij. lectões
ꝓpt̄. xij. lectores q̄ꝝ ſex erãt greci ⁊ ſex la
tini. Erãt tn̄ ſolūmodo ſex i ſentẽtijs. qm̄
ille ſex ſine euãgelio q̄ legebãt̄ latine lege
bãt̄. ⁊ grece. ſic̄ ſi dixerim⁹. amẽ. ⁊ poſtea
dixerim⁹. vere. nō idō due res erūt Ideo
ãt legebat̄ duplicit̄. qꝛ rome erant greci q̄
bus latina lingua icognita erat. Erãt etiã
latini ꝑmixti qb⁹ greca icognita erat Vel
h̄ fiebat ad notãdū vtriuſqꝫ ꝑpl̄i vnionem
Ceteꝝ ad orōnez q̄ dr̄ poſt lctōez. Angel⁹
dn̄i. ſcꝫ de⁹ q̄ trib⁹ puerl ⁊c̄. nō flectit eccle
ſia genua. lꝫ i orationib⁹ aliaꝝ lectionū an̄
flecteret p̄terqꝫ i octauis p̄te. ad oſtẽden
dū ꝙ eccl̄ia ꝯformis ẽ trib⁹ puerl. Fec̄ eni
nabuchodonoſor ſtatuam. ⁊ cogebat oẽs
adorare eã. Sed tres pueri cū daniele no
luerūt genua flectere an̄ ſtatuã. Tales de
bẽt eẽ ordinãdi q̄ an̄ ſtatuã. i. ante mundi
gl̄iaꝫ genua nō flectãt. Quare clerici ordi
nent̄. ⁊ q̄re i ſabbato. dictū eſt in ꝓhemio
ſcđe ꝑtis. Quidã ꝯferūt ſacros ordies
int̄ lectōem angel⁹ ⁊ ep̄lam pauli. vt poſt
ordinatiōem ꝓponãt ordinatis ep̄lam et
euãgeliū ad inſtar boni paſtoris ſiue p̄ris
q̄ mittẽs filiū monet eū q̄d ⁊ q̄liter actur⁹

ſit. Ordinati ꝑ capellas mittẽdi ꝑ ep̄lam
monẽt̄ vt alios corripientes bn̄dictiōem
quã acceperūt cuſtodiãt. ꝑ euangeliū vō
dr̄ eis. Eūtes docete oẽs gẽtes. Nōnulli
etiaꝫ ſubdiaconatu an̄ ep̄lam rōne p̄miſſa
p̄ſtito ꝯtinue poſt eam diaconatū ⁊ ſacer
dotiū p̄bẽt. qb⁹ p̄ſtitis i vocẽ letabūdam
erūpūt dicẽtes. bn̄dict⁹es dn̄e. eo ꝙ hi p̄
ſertim ordies iuitant̄ ad laudes Et p̄ſtãt̄
citra euãgeliū. qꝛ moyſes ⁊ aaron leuitas
i tabernaculi miſteriū ordinauerūt ⁊ xp̄s
lxxij. ordinatos ad p̄dicãdū miſit. Debet
autẽ legi ep̄la. ſcꝫ Rogamus ⁊c̄. q̄ ẽ. ij. ad
Theſſal̄. ij. c. ab aliq̄ d ordinatl die ip̄a. qꝛ
ep̄s dꝫ p̄ri⁹ ordiatos ãmonere ⁊ poſtea ad
maiorem ãmonitionẽ ep̄lam illis tradere
Preterea ordinat⁹ doctrinã ſibi i ordina/
tione traditã ꝑ h̄ ſe deducere i op⁹ oſtẽdit
Et ꝓpt̄ eãdẽ etiã rōem vn⁹ de nouiter or
dinatl legit euãgeliū. Anno q̄ntodecimo
qđ ẽ Luc̄. iij. c. Poſt ep̄laꝫ etiã cãtat̄ tra/
ctus. q̄ ſignificat ꝯuitatẽ. quaꝫ ſacrat⁹ ſeu
ordinat⁹ ſuare debet. ne in ſupbiã elatus
in laqueos incidat diaboli. Cōmunio eſt
Exulta ſatis. q̄ eſt Zach. ix. ca.

De dn̄ica quarta aduentus dn̄i.

IN quarta do
minica aduẽt⁹ p̄mū reſpōſoriū
i nocturnis ẽ. Canite tuba. qđ
ſūptū eſt d iohele. Antiq̄t⁹ eni iudei cane
bãt tubis ad inuitandū homies ad nupti
as. ⁊ ad ſolẽnitates ⁊ ad mouendū caſtra
Unde nūc p̄cepit dn̄s p̄latis vt cãtent tu
bis inuitantes gentes ad nuptias noui re
gis quaꝝ dies inſtat. ſcꝫ dies natalis dn̄i.
in qua xp̄s deſponſauit ſibi humanaꝫ na
turã ſm qđ dr̄ in pſ̄. Et ip̄e tãqꝫ ſponſus
ꝓcedens de thalamo ſuo. Canite igit̄. qꝛ
ꝓpe ſūt nuptie. Et ꝓpter p̄miſſaꝫ cauſaꝫ
cãtores hac ſeptimana alti⁹ ſolito vocem
ſuã exaltãt i reſpōſorijs ⁊ i introitib⁹. vt ſi
p̄us ſopore negligentie oppreſſi lectionib⁹
excitari noluim⁹ ſaltẽ vociferatiōib⁹ ⁊ tu
multu cãtuū excitemur. Siq̄dem in. vij.
annis an̄ annū iubileū p̄cepit dn̄s canere
tubis ꝓ ipſi⁹ anni inſtãtis leticia. In hac
aūt hiſtoria hui⁹ dn̄ice partim ex ꝓphetl
partim ex euangelio compilata cōmunia
vtriuſqꝫ decantant̄ aduentus. et p̄ſertim
vocatio gentiū declarat̄ per xp̄i aduentū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vbi in ꝑſona apł'oꝝ vel doctoꝝ dꝛ Canite
tuba vocate gẽtes. ¶ Sane gentilitas vi
dẽs calciatã foꝛe diuinitatẽ i vtero ꝟgina
li clamat ad eã in itroitu dicẽs ſm q̃ſdam
eccłias Memẽto nr̃i dñe i bñplacito ꝑpł'i
tui. h̃ ẽ in filio i q̃ bñ cõplacuiſti ex milib⁹
ꝑpł'i. q̃ fuit tu⁹ ab initio mũdi. Et ido ꝯgra
tulať alteri i epł'a dicẽs ſm q̃ſdaꝫ eccłias
Gaudete. q̃ ẽ ad Phił'. iiij. c. Sꝫ ⁊ iux̃ ꝯſi
deratiõnẽ veteri ꝟginalis cãtat i g̃duali
ꝓpe dñm eẽ ⁊ celerẽ ei⁹ aduẽtum. In alła
ꝟo veni dñe. ⁊ i offerẽda. ꝯfoꝛtami. ⁊ i cõ
munione. ecce ꝟgo. deſiderat ⁊ ꝯſolať. et
cãm ꝯcludit ꝯſolatiõis. ¶ Poꝛro ad oſtẽ
dendũ deſideriũ antiq̃ꝝ patꝝ. i ſine aduẽ
tus cãtãť. vij. antiphẽ. vnaqueqꝫ ſm oꝛ/
dinẽ ſuũ ſua die vſqꝫ ad natale. q̃ icipiunt
ab. o. Prima ẽ. O ſapia ⁊c̃. Sũt ãt ſepteꝫ
qꝛ dirigũť ad xp̃m in q̃ reqeuit ſpũs ſapi
entie ⁊ itellect⁹ ſpũs ꝯſilij ⁊ foꝛtitudis ⁊c̃
Per q̃ ſeptẽ dona ſue incarnatiõis nobis
graꝫ miſtrauit. ꝓut in ip̃is ſeptẽ antipho
nis apparet. Sũt etiã ſeptẽ. qꝛ cãtãť in de=
ſignatiõe antiq̃ꝝ patꝝ. q̃ ſeptenario ꝟuĩẽ=
tes aduẽtuꝫ dñi expectabãt. Vñ i oib⁹ dꝛ
veni. Vel ſeptẽ ſunt ꝓpť ſeptẽ dona ſpũſ
ſancti. q̃ xp̃s veniẽs largit⁹ ẽ mũdo. ⁊ ꝑ q̃
expectãtes illumiati ſũt. Et ſunt oẽs ſc̃di
toni. Primo qꝛ q̃libet loqť de vtroqꝫ ad/
uẽtu. Sc̃do qꝛ ſignãt nob geminã dilecti/
onẽ. ſcꝫ dei ⁊ p̃rimi. Tertio ꝓpť geminã
xp̃i. ad quẽ dirigũť naturã. Vñ. gemine
gigas ſubſtantie. Quarto qꝛ ip̃e antipho
ne notãt deſideriũ. tam antiq̃ꝝ patꝝ expe
ctãtiũ ꝑmũ ſaluatoꝛis aduentũ. q̃ꝫ moder
noꝝ expectãtiũ ſc̃dm. Oẽs g̃ ſũt ſc̃di toni
in ſignũ ꝙ ſc̃dm expectam⁹ aduẽtũ Et ad
uerte. qꝛ ille q̃ hñt in ꝑncipio ꝟba ꝑtinen=
tia ad diuinitateꝫ. ꝑtinẽt ad eos qui expe
ctãt ꝑmũ vt o ſapia ⁊ o adonay. Adonay
aũt iterp̃tať dñs. qꝛ dñatur cũcte creatu=
re. vel qꝛ oĩs creatura dñatui ei⁹ ſuit. Il/
le ꝟo q̃ hñt ꝟba ꝑtinẽtia ad hũanitatẽ ꝑ/
tinẽt ad expectãtes ſc̃dm. vt o. radix ieſſe
⁊ o clauis dauid. Sũt etiã q̃dam q̃ vtriqꝫ
ꝯueniũt. vt o rex gẽtiũ. Nã dei fili⁹ dꝛ rex
ſm diuinitatẽ. iux̃ illd. De⁹ iudiciũ tuum
regi da ⁊c̃. ⁊ etiã ſm hũanitatẽ. iuxta illd
Dñe in ꝟtute tua letabiť rex ⁊c̃. Sepi⁹ tñ
ſm hũanitatẽ rex dꝛ. qꝛ ſm eã vnctus eſt
oleo leticie ꝑ participib⁹ ſuis. Rurſus ec
cleſia i his ſeptẽ antiphis oſtẽdit multipli
citatẽ moꝛbi ſui. ⁊ ad quãlibet petit reme=
diũ ſui moꝛbi. Nã añ filij dei aduẽtũ i car
ne eram⁹ ignoꝛãtes ſiue ceci. penis eťnis
addicti. ſui diaboli. mala pcĩ ꝯſuetudie
vincti. tenebris obuoluti. exules a patria
expulſi. Idoqꝫ indigebam⁹ doctoꝛe. redẽ
ptoꝛe. liberatoꝛe. eductoꝛe. illumiatoꝛe. ⁊
ſaluatoꝛe. Quia igiť ignoꝛãtes eram⁹. iõ
ab ip̃o doceri indigebam⁹. Vñ i ꝑma anti
phona clamam⁹. O ſapientia q̃ ex oꝛe ⁊c̃.
Eccĩ. xxiiij. ⁊ Sap̃. viij. ⁊ Eſa. xl. c. Quia
ꝟo parũ ꝓdeſſet. ſi doceremur ⁊ nõ redi/
meremur. ido i ſc̃da ab ip̃o redimi poſtu=
lam⁹. O adonay ⁊c̃. Exo. vj. ⁊ xiiij. et. iij
⁊. xix. ⁊. xx. ca. Sꝫ qꝛ nil ꝓdeſſet ſi eſſem⁹
docti ⁊ redẽpti ⁊ adhuc poſt redẽptioneꝫ
detineremur captiui. ido i tertia petim⁹ li
berari. O radix ieſſe ⁊c̃. Eſa. xl. ⁊. lij. ⁊. lx
ca. Sꝫ q̃d ꝓdeſſet captiuis ſi eẽnt redẽpti
⁊ liberati ſi tñ nõdũ eſſent ab oĩ viculo ab
ſoluti. vt ſcꝫ ſub pctõ eẽnt ⁊ vincti. libere
q̃ vellẽt ire nõ poſſent. ⁊ iõ in q̃rta ab oib⁹
peccati vinculis educi petim⁹. O clauis
dauid ⁊c̃. Apoc̃. iij. ⁊ Eſa. xlij. ⁊ Luc̃. j. c
Preterea qꝛ hi q̃ diu fuerũt i carcere ocu=
los habẽt obtenebꝛatos nec clare videre
pñt. ido poſt abſolutiõem a carcere reſtat
nos illumiari. vt videam⁹ q̃ ire debeam⁹.
⁊ iõ in q̃nta h̃ petim⁹. O oꝛiẽs ſplẽdoꝛ ⁊c̃
Zach. vj. Sap̃. vij. ⁊ Malach. vl. ⁊ Lu=
ce. j. c. Sꝫ ſi eſſem⁹ docti ⁊ ab inimicis pe=
nit⁹ liberati ⁊ illumiati q̃d valeret niſi de=
berem⁹ ſaluari. ideo i duab⁹ ſeq̃ntib⁹ peti
mus ſaluari O rex gẽtiũ ⁊c̃. Aggei. ij. ⁊. j
Peť. ij. ⁊ Eph̃. ij. ⁊ Geñ. ij. c. in q̃ petim⁹
ſalutẽ gentiuꝫ. ⁊ O emanuel ⁊c̃. Eſa. vij.
Mat. j. ⁊ Eſa. xxxiij. ⁊ Geñ. penľ. c. in q̃
petim⁹ ſalutẽ iudeoꝝ In q̃buſdã ꝟo eccle
ſijs addũť alie due. ꝑma i honoꝛẽ btẽ ꝟgi
nis q̃ ꝯcepit. ſc̃da ꝓ angelo q̃ ad ꝟginẽ in
troiuit. vel i honoꝛẽ ſcĩ thome cui⁹ feſtuꝫ
tũc accidit. Due q̃dẽ addũť vt ꝑficiať no
uenari⁹ numer⁹. ad deſignãdũ ꝙ ꝑ ſepteꝫ
dona ſpũſſcĩ ꝑueniem⁹ ad. ix. oꝛdĩes ãge
loꝝ. q̃ꝝ q̃libet deſiderabat xp̃i natiuitatẽ
vt ipleret numer⁹ illoꝝ q̃ d̃ celo ceciderũt
Quedã etiã ecclie cãtãt. xij. q̃ exp̃mũt. xij
ꝓph̃as q̃ xp̃i aduẽtũ ꝑdixeꝛt. quẽ etiã. xij
apł'oꝝ teſtimõia roboꝛaueꝛt. ex q̃. xij. ťb⁹
⁊. xij. milia ſignati ſaluãť. Sꝫ nõ ſunt niſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſeptē habētes veni. Oēs autē icipiūt p̄.o
qđ poti⁹ admiratiue ponitur q̄ȝ vocatiue
Cātāt in veſpis. q̄ꝛ dn̄s venit i veſpa mū
di. Hic ē helias q̄ ſero carne ⁊ in mane pa
ne veſcit. dn̄s ſcȝ nr̄ q̄ i vltima etate mun=
di carnē aſſūpſit. ⁊ diluculo reſurgēs i pa
nē angeloꝝ trāſiuit. Et nō q̄ h̄ hebdoma
da ꝓxima natiuitati p̄paratio merito nū
cupat ⁊ in ea hiſtoria. Clama i fortitudie
cantat. q̄ nō vt q̄dam ſimplices autumāt
ad q̄ttuoꝛ tp̄a. ſ; ad dn̄i ꝑtinet ꝓximā na/
tiuitatē. Vn̄ cū ſex matutinalib⁹ laudib⁹
decantat. q̄m q̄libet illi⁹ feria ꝓprias hȝ
ad laudes antiphas. q̄ꝛ p̄ ſex etates antiq̄
ſe ad aduentuȝ p̄parauerūt. Et nos p̄ ſex
opa miſcđie ad ſcđm etiā p̄paramur. Ve
rūtamē feriales antiphonas: q̄ i illa feria
in q̄ occurrit feſtū ſancti thome ſcp̄ta ſunt
viij. die antea q̄dam canere ꝯſueuerūt. de
cet eni ante natiuitatē dn̄i cātus oēs anti=
phonas ⁊ fere oīa reſponſoꝛia renouari.
q̄ꝛ ſic p̄ lures ⁊ frequētioꝛes nūcios magl
ac magis monet animus ſubditi ad ſolici
tudinē honoꝛifice ſuſcipiēdi p̄latum. ſic ⁊
renouatiōe cantus magis ⁊ magis mone=
mur ad curā nr̄e p̄paratiōis in ſuſceptiōe
dn̄i. Et vt p̄ quotidianā renouatiōem cā
tus excitemur frequēti⁹ ad turpes ⁊ terre
nas cogitatiōes purgādas vt ſic dignuȝ
habitaculū ⁊ oꝛnatū venturo regi regum
pijs cogitationib⁹ p̄parem⁹. Poteſt tn̄ et
tot⁹ aduētus p̄paratio noīari. Vn̄ in p̄nci
pio legit. Abijciamus opa tenebraꝝ ⁊ in
duamur arma lucis ⁊c̄. q̄ oīa ſūt p̄parati/
onis inſignia. Intitulat autē in antiq̄s li
bꝛis dn̄ica iſta. dn̄ica vacās Primo quia
oſtēdit q̄ oīs ſanctus vacat. ex q̄ iohēs. q̄
īter natos mulierū nō ſurrexit maioꝛ. non
ē dign⁹ ſoluere coꝛrigiā calciamēti. ſic đꝛ i
euāgelio huius dn̄ice. i. incarnatiōis my=
ſteria denudare. Et ꝓpter hoc dn̄s papa
nō facit ſtationē ad aliquē ſanctuȝ. Scđo
đꝛ vacās. q̄ꝛ non hȝ ꝓpriū officiū. ſ; mutu
at alienū. ſcȝ Roꝛate celi ⁊c̄. ⁊ h̄ ꝓpt oꝛdi
nes p̄cedētis diei. in q̄b⁹ fuit apoſtolicus
occupat⁹. Sepe eni in decēbꝛi ꝯſueuerūt
oꝛdines ab apoſtolicis celebꝛari. Tertio
q̄ꝛ numerū dierū aduent⁹ excedit. ſcȝ. xxj
q̄re int dn̄icas aduēt⁹ nō debuit cōputari
ſ; vacās poti⁹ appellari. Quarto q̄ꝛ ap̄lic⁹
olim hac die dn̄ica elemoſynis vacabat ⁊

tam ipſe q̄ȝ ſui circa h̄ intenti nullā ſtatio/
nē faciebāt. ꝓpter qđ dicta ē vacās. ſcȝ a
ſtatione ⁊ indulgētia. Quedā ecc̄ie dicūt
in hac dn̄ica euāgelium. Miſerūt iudei.
qđ eſt Joh. j. c. ⁊ ep̄l'aȝ. Gaudete. q̄ eſt ad
Phil. iiij. c. Alij vo dicūt ep̄l'am. Sic nos
exiſtimet. q̄ eſt. j. ad Coꝛ. iiij. ca.

De vigilia natalis domini.

In vigilia na=
tiuitatis dn̄i ē inuitatoriū. Ho
die ſcietis q̄ꝛ veniet dn̄s et. m.
v. g. e. qđ eſt tranſſumptū de Exo. xvj. c.
ex eo q̄ ibi đꝛ. veſp̄e ſcietis. q̄ꝛ eduxit vos
dn̄s de terra egypti. ⁊ mane. v. g. e. Et p̄t
dici q̄ hec breuis clauſula. ex vna p̄te ad
natiuitatē ex alia p̄te ꝑtinet ad reſurrecti
onē ſic. Hodie ſcȝ i vita p̄nti ſcietis. q̄ꝛ ve
niet dn̄s. i. panis viu⁹ q̄ de celo deſcēdit.
⁊ mane videbitis gl'iaȝ ei⁹. i. reſurrectiōis
gl'iaȝ. nō ſolū hūanā ſ; etiā gl'iaȝ diuinita/
tis ei⁹. Sane i hac vigilia ecc̄'ia monet
⁊ iuitat filios ſuos vt pati ſint ad ſuſcipiē
dū dn̄m. Vn̄ i nocturnali officio p̄imuȝ re
ſpōſoriū ē. Sanctificami. ſcȝ filij iſr'l. i. vi
ri ſpūales q̄ videtis deū p̄ fidem. ⁊ parati
eſtote vt itretis ad nuptias. q̄ꝛ nō eriti ce
na q̄ eijciet a nuptijs. Seq̄t in vſu. ⁊ ma=
ne vi. gl'iaȝ ei⁹. i. aduētū gl'ie ei⁹. vl' mane
ad l'ram. Et h̄ vltima p̄s de Exo. ſūpta ē.
ſ; p̄ima nō ē ſūpta de aliq̄ libꝛo. Dicit etiā
cap'lm. Gaudete i do. Phil. iiij. c. Diurni
vo officij intētio ē oſtēdere q̄ xp̄s nat⁹ ſit
⁊ h̄ đꝛ i ep̄l'a. paul⁹ ſuus ⁊c̄. q̄ ē ad Ro. j.
ca. ⁊ i euāgelio. Cū eēt deſpōſata. quod ē
Mat. j. c. Hac etiā die deſponſatio legit
marie. vt ſciat q̄ alij fuit deſpōſata. ſcȝ io
ſeph. ⁊ ab alio fecūdata. ſ. a ſpirituſancto
Quedā tn̄ ecc̄ie ad h̄ vt incredulis maioꝛ
certitudo ſit: p̄mittūt ꝓphetiā. ꝓpt ſyon
⁊c̄. q̄ ē Eſa. lxij. in q̄ oſtendit ip̄m foꝛe na=
ſciturū. Nat⁹ aūt ē vt p̄pl'm ſaluū faceret.
⁊ ꝑre iniq̄tatē deleret. hodie i ſpe p̄ ſacra/
mēta gr̄e. mane i re per reuelatiōeȝ gloꝛie
Hec patent i introitu. ⁊ in g̃duali. Hodie
ſcietis. Exo. xvj. c. ⁊ i all'a Craſtina. Qui
dā cuȝ dicūt all'a. Aue maria. ⁊ h̄ q̄n vigi=
lia ē i dn̄ica. tūc eni đꝛ all'a. ꝓpt reſurrecti
onē dn̄i. Idē etiam p̄ȝ i poſtcōmunione
Reuelabit. q̄ ē Eſa. xl. c. Sȝ q̄ꝛ i ei⁹ incar=
natiōe erat futura iudeoꝝ diſperſio. ideo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ğduali ſubdit̄ ꝟſus. Qui regis. in q̄ ꝑ eis oꝛat̄. Quāt᷒ ſit oſtēdit pſalm᷒ q̄ ad introitū cātat̄. ſcʒ Dn̄i ē t̄ra. de q̄ etiā ſumit̄ offerēda. Tollite poꝛtas. ¶ In veſperis aūt vigilie natalis dn̄i dicūt q̄dā pſalmoſ Laudate pueri Laudate dn̄m oēs gētes Lauda aīa mea do. Laudate dn̄ʒ qm̄ bonus. ⁊ Lauda hierl̄m. i q̄b᷒ inuitamur ad laudes. Alij ꝟo dicūt. Laudate pueri dominū. Qui ꝯfidūt. In ꝯuertēdo Memēto. ⁊ Bn̄dictus dn̄s. Et merito. q: ꝑmus deuotos iuitat ad deū laudanduʒ iugiter ⁊ ꝑdicandū. Scd̄s monet in deo ꝯfidere. In trib᷒ ſeq̄ntib᷒ reddit̄ cauſa q̄re laudibus ſit inſtādū ⁊ i dn̄o cōfitendū. ſcʒ quia nr̄aʒ captiuitatē ꝯuertit ⁊ multū magnificauit. q: ꝓmiſſa cōpleuit dū fructū vētris dauid ſup ſedeʒ ei᷒ ꝯſtituit. q: inclinauit celos atq3 deſcēdit. Qui demū d̄ alto manū ſuā emittet vt nos eripiat ab aq̄s multis. ⁊ a filijs alienis. Veſpere aūt iſte ꝑuilegiate ſūt. q: cū cetera officia veſꝑtina ꝓpter ſupueniēs feſtū mutēt̄. iſte nō mutātur. In vigilijs eteni alioꝝ feſtoꝝ capl̄m hymn᷒ antiph̄a ⁊ collecta. in aliq̄b᷒ ꝟo eccleſijs totī veſperī diei expletis ſolūmodo antiphona ⁊ collecta de ſequenti feſto dicunt̄. eo q᷑ dn̄s i veſperis. id ē. vltima etate mundi venit ad ſaluandum ſaltem reliquias generis humani.

¶ De officio natalis dn̄i.

los q̃ tunc erant in lymbo inferni. q̃ locus
dicebaṫ ſinus abrae vbi lazar⁹ erat. ſꝫ etiã
oẽs futuros q̃ ſancta morte vitã erant fini
turi. Unde Ozee vltimo Ero mors tua o
mors. morſus tu⁹ ero inferne. Sꝫ nec oẽs
q̃ in inferno erãt inde extraxit. Jtẽ q̃riṫ

q̃re eccl'a nō ꝯſecrat hac die corpꝰ dn̄i. cuꝫ
dn̄s dixit. Hoc facite i meā cōmemoratio
nem Et in gabilon̄. ꝯcilio dꝛ ꝙ nulla dies
excipit̃. q̃ nō ꝓ viuentibꝰ depc̄et̃. Preterea
cū xp̄s imolatus hac die ⁊ ſabbato q̄eue=
rit in ſepulchro. ⁊ diſcipuli totā nocteꝫ ſe=
quētē vſqꝫ in diluculo in triſticia trāſege=
rint. rōnabile videret̃ vt hac die corpus
dn̄i ꝯficeret̃. ⁊ inde vſqꝫ in p̄mam ſabbati
iugi ſilentio ꝯſopiti a ſacri altarꝭ miſterio
vacaret̃. Rn̄deo ad h̓ mltiplex ratio red=
di pōt. Pria eſt. Dn̄s nr̄ p̄die q̄ȝ pateret̃
accipiēs panē ⁊ calicē bn̄dixit. deditqꝫ di
ſcipul'ſuis dicēs. Hoc eſt corpꝰ meū. Hic
eſt calix meꝰ. Et tūc imolatꝰ eſt in manibꝰ
ſuis. De q̃ imolatiōe ſubiūxit. Hoc facite
in meā cōmemoratōꝫ. Illa igit̃ die. ſ. feria
q̄nta nō eſt omittēda cū ſit firmit̃ iniuncta
Sexta xͦ feria eſt dies ſecūda. q̃ velut in
monumēto q̄eſcit. Sabbatū tertia qua ve
lut a morte reſurgit. reſurrexit em̄ añ diē.
triduū ḡ dn̄ice mortis qd̓ pfici neq̄t eo re=
ſpectu ꝙ ip̄e eſt a iudeis trucidatꝰ. eo trāſ
ponit̃ ꝙ ſuis ip̄e manibꝰ immolat̃. cuius
q̄ꝫ rei illud magnū eſt indiciū. ꝙ i nocte ce
ne luminaribꝰ extinctis vigilias celebrāꝰ
Sicqꝫ fit vt in q̄nta feria q̄ſi ſexta i duplū
māna colligat̃. qm̄ in hac die q̄ſi in ſabba
to nō inuenit̃. Scd̄a rō eſt. qꝛ eccl'a corpꝰ
illud qd̓ flagell' ⁊ ſpinis ⁊ contumelijs iſta
die reuera affectū eſt. nō dꝫ cū miſſarū ſo=
lennijs ꝯſecrare. qm̄ veniente veritate dꝫ
ceſſare figura. Tertia rō eſt. qꝛ ablata eſt
hoſtia de manibꝰ xp̄i ⁊ noſtris. Non ḡ ſa
crificent amici dū trucidāt inimici. Sꝫ tn̄
qꝛ ſp̄ iudigemꝰ cōmunione. ⁊ ſp̄ eſt tp̄s cō
municādi. ſacerdos ip̄m corpꝰ recipit i ho
ſtia a die añcedenti reſ̄uata. Quarta rō ē
qm̄ hac die velum tēpli ſciſſum eſt. ⁊ cor=
nua altaris tranſuerſa ſunt. ⁊ ita nō habe
mus vbi corpus xp̄i ꝯficiat̃. Quinta eſt.
qꝛ. ſ. receſſit ⁊ ſublatꝰ eſt verus ſacerdos
id eſt xp̄s ſponſus eccl'e. deſcēdit em̄ ad i=
feros. Sextam ratōꝫ ponit Innocentius
papa dicēs. ꝙ ideo in die paſceue ⁊ i ſab=
bato ſancto ſacr̄m nō celebrat̃. qꝛ conſtat
apl'os iſtis duobꝰ diebus in merore et tri=
ſticia fuiſſe. ⁊ ſe ꝓpter metū iudeorum oc
cultaſſe. Miſſa em̄ q̃ in ip̄o ſabbato cele/
brat̃ nō ad ip̄m ſabbatum ſ; ad diē ꝑtinet
ſubſequentē. vt infra dicet̃. Septia ratio
eſt. quia moyſes ait. Uos tacebitis. ⁊ aliꝰ
ſcꝫ chriſtus pugnabit ꝓ vob̄. Torcular ei
calcauit ſolus. Cum igit̃ hac die nō ſit cor
pus domi conficiendū. ad hanc dieꝫ reſer
uandū eſt. Hec ſexta feria ⁊ ab iſta om=
nes alie ſexte ferie p̄uilegiate ſūt propter
chriſti paſſionem. ſicut ⁊ a ſequēti domini
ca omēs alie dn̄ice ꝓpter eius reſurrectio
nem. Sunt aūt hmōi ſexte ferie ſex p̄uile/
gia. ſ. xp̄i immolatio. iferni ſpoliatio. mor
tis cōculcatio. humani generꝭ redemptio.
ꝑadiſi aptio. ⁊ ſcripturaruꝫ manifeſtatio
In paſceue vno ſolo cibo veſcimur. quia
xp̄s ea die vnum ſolū vicꝫ latronē ſibi in=
corpauit dicens. Hodie mecū eris in pa/
radiſo. Unde ip̄e dixit. Singulariter ſuꝫ
ego donec tranſeam.

De ſabbato ſancto paſce.

Sequit̃ videre

de ſabbato ſancto paſce. Sane
ſicut deꝰ operibꝰ creatiōis mū=
di in ſex diebus cōpletis in ſeptima requi
euit ab omni ope quod patrarat. ſic ⁊ i ſe=
xta etate recreationis opibus cōſummatꝭ
iuxta qd̓ dn̄s in cruce pendēs dixit. Con=
ſummatum eſt. in ſeptima etate requieuit
Cum em̄ aīma eius paſſibilitatem corpo/
ris exuit quodāmodo req̄euit. ⁊ p̄terea i
ſepulchro dormiuit. Ideoqꝫ dies iſta ſab
batum appellat̃. quod requies interp̄tat̃.
vt dictum eſt in ꝓhemio ſecūde ꝑtis. Qd̓
anthonomaſice ſabbatū ſanctuꝫ dicit̃. eo
ꝙ vt p̄miſſum eſt ſignificat requiē chriſti
ab ope creationis in fine ſexte etatis. vl' ꝓ
pter requiem xp̄i. in cuius morte ſanctifi=
cati ſumus. Dicit̃ etiam ſanctum propter
baptiſmū. quod fit in die iſta in q̃ noua ec
cleſie ꝓles ſanctificat̃. Hec aūt dies ſicut
⁊ p̄cedens nullum habet officiū diuinum
in q̃ conſtat apl'os fugiſſe ⁊ in merore fuiſ
ſe. Nam officiū quod cantat̃ eſt noctis di
ei dn̄ice. ſ. de reſurrectiōe. nō de ſabbato.
ſicut ⁊ ꝯtingit in ſabbatis q̄tuor tempoꝝ
Qd̓ apparet ex eo. qꝛ dꝛ in cerei bn̄dictiōe
Hec eſt nox ⁊c̄. Et in collecta miſſe dicit̃.
Deꝰ q̃ hanc ſacratiſſimā noctē ⁊c̄. Un̄ an
tiq̄tus totū officiū de nocte dicebat̃. ⁊ ad=
huc i plerꝭqꝫ locꝭ fit Prio ad notādū ꝙ ca
thecumini q̄ꝛ ē ip̄m officiū ꝯſepulti cū cri
ſto ꝑ baptiſmū r̄ſurgūt cū ip̄o Scd̄o ꝓpt̃

viſitatõz mulierũ ad ſepulchrũ dñi mane
veniẽtiũ. Tertio qꝛ dñs de nocte reſurre-
xit. ſm Hiero. Greg. ⁊ Amb. ⁊ iõ qꝛ nox
iſta tãto lumine illuſtrata eſt ex dñi reſur-
rectiõe. merito tunc vigilare ⁊ deo laudes
canere debem⁹. Traditio qꝫ iudeoꝛuꝫ eſt
xp̃m media nocte vẽturũ. In cui⁹ figura
angelus trãſiuit media nocte ꝑcutiẽdo p̃-
mogenita egyptioꝝ. ⁊ dñs trãſiuit ꝓtegẽ-
do ꝑplum ſuũ. Et Hiero. Reoꝛ inq̃t tradi
tionem apl̃icam ꝑmãſiſſe vt in die vigilia
rum paſce añ noctis mediũ dimittẽ non li
ceat ꝑplos expectantes xp̃i aduentũ. vt re
ſurgenti ſaluatoꝛi occurrãt. ⁊ poſtq̃ꝫ tp̃us
illud trãſierit ſecuritate p̃ſumpta feſtũ cũ
ctos agere diẽ. Sed qꝛ qđ ꝓ deuotõe fue
rat inſtitutũ in minus honeſtas actiões q̃
bus nox facultatẽ p̃bet ꝯuerſum eſt. inſti-
tutũ fuit vt officiũ ip̃ius noctis de die cele
braret. De h̃ tactũ eſt in ꝓhemio q̃rte ꝑtl
⁊ in q̃nta ꝑte ſub ti. de nocturnis. Aug⁹.
m̃ dicit dñm in diluculo ſurrexiſſe. ⁊ ip̃m
ꝑ q̃draginta hoꝛas moꝛtuũ ſiue in ſepul-
chro extitiſſe. cui eccl̃ia ꝯſentire vid̃r. q̃ ꝓ
reſurrectiõe matutinũ eadẽ celebrat hoꝛa
Silet ğ eccl̃a vſq̃ꝫ in hoꝛã decimã. ⁊ tunc
ꝯgregat̃ ad officiũ celebrandũ qñ reſurre
ctio appꝛopinq̃t. vicꝫ circa veſperã noctis
q̃ luceſcit in p̃ma ſabbati. ⁊ q̃ſi ꝑ totaꝫ no-
ctem vſq̃ꝫ ad diei claritatẽ cõtinuat. vt il-
lud impleat̃. Nox illuminatio mea in deli
cijs meis. ⁊ nox ſicut dies illuminabitur.
Trib⁹ aũt de cauſis dicit̃ h̃ dies illumina
ta. Primo qꝛ refulget in delicijs nr̃is ꝓpter
redemptõz ſeu reſurrectõz aiaꝝ. q̃ licet ſit
in die paſceue moꝛte dñi recuꝑata. eius tñ
gaudiũ ⁊ leticia eſt ad hanc noctẽ trãſlata
ꝓpter ratõz poſitã ſub q̃nta feria cene do
mini. vbi agit̃ de olei ꝯſecratõe. Scđo ꝓ-
pter reſurrectõz coꝛpoꝛũ q̃ dño reſurgẽte
p̃ma ſabbati ſperat̃ futura. iõq̃ꝫ vigilam⁹
⁊ reſurgenti vigilando ꝯcinim⁹ Tertio ꝓ
pter baptiſmi ſacr̃m qđ hodie celebratur.
qm̃ ab ill̃ cauſis ſumpſit exoꝛdiũ. ⁊ illarũ
nob̃ tribuit fructuꝫ. Celebrat̃ em̃ hac die
cathecuminoꝛũ officiũ. vt ip̃i xp̃o ꝯſepul
ti ꝑ baptiſmũ in moꝛte cum eo reſurgant.
Hec ğ nox paſca dr̃. qđ trãſit⁹ interp̃tat̃. q̃
tranſiuit dñs de mundo ad p̃rem. de moꝛ
te ad vitam tranſim⁹ ⁊ nos. paſca em̃ nr̃m
imolat⁹ eſt xp̃s. de hoſte ad p̃rem. de tene
bꝛis ad lucẽ. de reatu ad gr̃aꝫ. de pena ad
gl̃am. de pugna ad victoꝛiã. Hec nox ſiue
paſcha in q̃ reſurrexit dñs fuit. xvij. luna
menſis p̃mi. i. apl̃is. qui eſt p̃mus apđ he-
breos. q̃ computãt mẽſes ſm lune curſum
Jõ q̃dem in mẽſe p̃mo reſurrexit. qꝛ ip̃e ẽ
p̃ncipium. Item iõ in luna. xvij. vt ꝑ ob-
ſuationeꝫ decalogi ꝑduceret nos ad eter
nam re q̃em ſabbatiſmi. Surrexit igit̃ cuꝫ
luna alta petit. ad deſignandũ q̃ eccl̃a pe-
tere debet alta ỽtutum ⁊ ſcãdere ad tẽpla
celoꝛũ. Itẽ in tertia hebdomada lune ſur-
rexit. ꝑ quod tertiũ tp̃us. ſ. gr̃e aueniſſe
ſignificauit. Et inde eſt q̃ ſꝑ in lunatõe a-
p̃lis ⁊ in plenilunio hanc ſolennitatem ex
iuſſu domini celebꝛemus. qñq̃ꝫ in nr̃o apꝛili
⁊ qñq̃ꝫ in martio eam ſolẽnizam⁹. Sꝫ cuꝫ
poſt. xij. lunationes cõſtituim⁹. innuit̃ q̃
ꝑ decem legis ⁊ duo charitatis p̃cepta ad
reſurrectiõis gl̃am ꝑueniem⁹. Si ỽo eam
poſt. xiij. lunatiões obſuamus. innuit̃ q̃
ꝑ decalogũ ⁊ trinitatẽ ꝑueniem⁹ ad gl̃am
eternitatl. Ad hoc iõ h̃ nox in plenilunio
celebꝛat̃. qm̃ lune iubar lumis a ſole mu-
tuat̃. Luna eſt eccl̃a. ſol xp̃s. q̃ dũ occidit
occidit̃. ſed ei⁹ occaſu eccl̃a gr̃e plenitudi
ne illuſtrat̃. Item hec nox in q̃ xp̃s reſur-
rexit. equinoctio tranſacto qñ. ſ. dies inci
piũt creſcere ⁊ eſſe maioꝛes noctibus cele
bꝛatur. Primo qꝛ poſt ignoꝛantiã ꝓlõga
tur a deo ſcientia. ⁊ vbi abũdauit iniq̃tas
ſuꝑabundauit ⁊ gratia. Scđo qꝛ ỽtutes
in nob̃ creſcere ⁊ vicia ſuꝑare debẽt. Ter
tio qꝛ ꝑ eius reſurrectiõem tenebꝛe moꝛtl
cepẽ minui. ⁊ dies vite cepit augeri Quar
to qꝛ ꝑ ip̃m qui eſt lumen de lumine. ꝑue-
nitur ad diem lucis eterne. ¶ Item h̃ nox
celebꝛat̃ in vere qñ poſt hiemis aſperita-
teꝫ floꝛes vernãt ⁊ volucres iubilãt. quia
pulſo ꝑfidie gelu mundus floꝛuit pulchꝛi
tudine ỽtutũ. ⁊ in omnẽ terrã exiuit ſon⁹
eoꝛũ. Hec nox eſt vtriuſq̃ꝫ diei cõmunis.
ſcꝫ ſabbati p̃cedentis ⁊ dñice ſequentis.
Nam vſq̃ꝫ nũc dies p̃cedebãt noctẽ. nunc
ecõuerſo fit Conditoꝛ em̃ tp̃is fecit. vt a p̃n
cipio dies naturalit̃ p̃cederet noctem. ſm
qđ dicit ſcriptura. Fiat lux ⁊ facta eſt lux
⁊ ea ꝓcedẽte ꝑ ſuꝑi⁹ emiſperiũ ab oꝛiẽte i
occidẽtẽ factũ ẽ veſꝑe. ⁊ redeũte ea ꝑ infe
ri⁹ emiſperiũ ab occidẽte i oꝛiẽtẽ factũ eſt
mane. Preceſſit ğ dies noctẽ i ſignũ q̃ hõ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſiue adam trāſitur⁹ erat de luce ꝟtutuꝫ in
tenebras vicioꝝ. ſiue ꝙ hō a die ꝑadiſi
deſcēderet ad noctē inferni. Sꝫ in reſurre
ctiōis nocte artificialiter fecit dn̄s. vt nox
reciprocādo ꝑcederet diē in ſignū repara
tiōis ſcd̄i ade. q̄ nos ꝑ ſuā reſurrectiōꝫ de
pctōꝝ tenebris reparauit ad luceꝫ. Unde
apl̄s. Nox ꝑceſſit dies aūt appropinq̄bit.
¶ Seriatim igiꝛ h⁹ diei officiū ꝓſeq̄ntes
dicem⁹. Prio ꝑ quē. quō ⁊ q̄re agni de ce
ra hac die fiant. Scd̄o de bn̄dictōne cerei
Tertio de lectōib⁹ ⁊ tractib⁹. Quarto de
bn̄dictiōe baptiſmi ſiue fontiū. vbi etiam
agiꝛ de cereis cathecuminoꝝ. Quinto de
baptiſmo. vbi etiā agiꝛ de veſtib⁹ q̄s neo
phiti octaua die deponūt. ⁊ de patrinis.
Sexto de ꝯfirmatiōe. Septio de miſſa.

i In p̄mis itaq̱ hac die acoliti eccl̄e
romane faciunt agnos de cera no
ua bn̄dicta. vl̄ de cera cerei paſcal̄
anni ꝑcedentis admixto chriſmate. qui in
ſabbato in albis in eccl̄a ꝑ dn̄m papā ꝑpl̄o
diſtribuunꝛ. Agni iſti ſignificāt agnū illū
imaculatū q̄ tollit peccata mūdi. Cera ſi/
gnificat ei⁹ hūanitatem. ſicut. b. Greg⁹. di
cit. Mel in cera. diuitas in humanitate.
Apis q̄dem q̄ opaꝛ cerā cū melle nulla re
ſoluiꝛ libidine. ⁊ btā ꝟgo eū q̄ eſt deus et
hō ꝯcepit ſine virili ſemie. In cera admi/
ſceꝛ oleū ſeu chriſma. q2 dn̄s nr̄ plen⁹ ē mi
ſericordia. q̄ ꝑ oleū deſig̃ꝛ. In octaua di/
ſtribuunꝛ. q2 in octaua reſurrectiōis dn̄s
ſuis ꝑmia diſtribuit. Rurſus agn⁹ i agno
cereo ꝑfigurat⁹ ⁊ in paſca imolat⁹ ad me-
moriā reduciꝛ. cui. b. Greg⁹. oleū infundi
inſtituit. qm̄ paſcal̄ agni myſteria reſera/
uit. Hi etiā cerei agni figurant agnos no-
uellos. de q̄b⁹ eccl̄a cātat in ſabbato in al-
bis. Et ideo q̄n̄q̱ in illo ſabbato fiunt. qđ
etiā vſus apl̄icus docet. qm̄ in dn̄ica tunc
ſequenti dn̄o papa volente mēſaꝫ intrare
⁊ ꝑus agnos cereos capellanis ⁊ familia-
ribus ſuis diſtribuere. vn⁹ acolit⁹ ſolenni
ter portās ⁊ ꝑſentans ſibi agnos ip̄os. di
cit ſibi alta voce. Dn̄e dn̄e dn̄e iſti ſunt a/
gni nouelli q̄ annūciauerūt all̄a. mō vene
rūt ad fontes ⁊c̄. Hi agni a fulgure ⁊ tem
peſtate fideles ⁊ credētes defendūt ꝓpter
ꝟturē ꝯſecratiōis ⁊ bn̄dictōis. Sane ſꝫm
q̄rundā eccl̄aꝝ ꝯſuetudinē cere⁹ bn̄dictus
diſtribuiꝛ in octaua paſce ꝑpl̄o ad ſuffumi
gādas dom⁹. ad ſignificādū ꝙ in vltia re-
ſurrectiōe xp̄s fidelib⁹ in ꝑmio tribuetur
ad qđ exp̄ſſius ſignificādū romana eccl̄ia
agnos facit ſupradictos.

S Secūdo loco paſcal̄ cereus bn̄di-
citur. Circa qđ ſciendū eſt ꝙ i p̄n-
cipio officij totus in eccl̄a dꝫ ignis
extingui. ⁊ nouus de lapide ꝑcuſſo cū ca-
libe vel ex criſtallo ſoli obiecta debet elici
⁊ de ſarmento foueri. Ignis ver⁹ vetereꝫ
ſignificat legē. cuius figure in morte chri-
ſti cōplete fuere. ⁊ iō velut extincte ceſſa/
re debuerūt. ſed de lapide. i. de xp̄o q̄ ē la-
pis angularis q̄ ꝟbere crucis ꝑcuſſus ſpi
ritū ſanctū nob̄ effudit. vel de criſtallo intꝛ
ſoleꝫ ⁊ lunam mediāte. i. de xp̄o q̄ fuit me
diator inter deū ⁊ hoiem. q̄ ſicut ip̄e teſta
tur ignem in terram mittere venit. nouus
ignis eliciꝛ. dū ꝑ eius paſſionē vl̄ reſurre-
ctionem ſpūſſanct⁹ nob̄ infundiꝛ. cui pre-
bet alimēta ſarmētū. i. xp̄s q̄ eſt viti vera
Criſtallus q̄ꝫ ꝑlucida eſt xp̄i hūanitas re
ſurrectiōe ſplēdidiſſima. Ad h̄ nou⁹ ignis
iō bn̄diciꝛ. vt ſicut ille q̄ eſt lumē indefici-
ens. illuminās omnē hoiem venienteꝫ in
hūc mundū. igne illuminauit moyſen. ita
illumiet ſenſus ⁊ corda nr̄a vt ex his tene
bris ad lucē ⁊ vitā eternā mereamur ꝑue
nire. Nec eſt vana religio ſolēni ꝓceſſiōe
ad hui⁹ ignis bn̄dictōꝫ exire. i. q̄ meminiſ-
ſe debem⁹ exeundū nob̄ eſſe ad illū quem
iudei ex̄ caſtra eiecerūt. Exeamus inquit
apl̄s ad eum ex̄ caſtra improperium eius
portātes. Et bn̄dicim⁹ illū cuꝫ cruce ⁊ aq̄
vt nos in paſſione ei⁹ ꝑ quē ſpūmſanctuꝫ
accipim⁹ lotos eſſe ſignificemus. Rurſus
extinctis eccl̄e luminarib⁹ ⁊ igne de petra
cum calibe excuſſo. ignis aq̄ aſpergiꝛ bn̄-
dicta. q2 extinctis apoſtol̄ qui lux mūdi a
xp̄o dicti ſunt. de xp̄o petra excuſſus eſt
ignis charitatis cū calibe lancee vulnerā-
tis. dum ſanguis ⁊ aq̄ de eius corpore ſa-
cro emanauerūt. a q̄bus efficaciā habent
ſacr̄a. q̄bus mediantibus in amorē domi
inflammamur aq̄ gratie ꝑfuſi. Et attende
ꝙ ſicut his ſingul̄ dieb⁹. ſ. cena dn̄i para/
ſceue ⁊ ſabbato ſancto ignis extinguiꝛ. ſic
volunt q̄dam vt etiā in eis nouus ignis i
memoriā paſſionis vt ꝑdiximus accendaꝛ.
¶ Subſequenꝛ bn̄diciꝛ cereus ex inſtitu
tione Zozimi ⁊ Theodori ꝑmi pape. Sꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

beatus Ambꝛo. bn̄dictõem dictauit. q̄ꝗ
Aug⁹. ꝛ Petr⁹ diaconus monach⁹ caſſi-
nen̄. alias bn̄dictiones dictauerit q̄ in vſu
non ſunt. Bn̄dicit̄ autē iõ. qm̄ ex ſimplici
ſui natura abſq̄ꝫ bn̄dictiõe non pōt tranſi
re ad ſignificatiõeꝫ myſterij colūne ignis.
de q̄ iam dicet̄. Bn̄dicit̄ etiam ꝓpt̄ glām
reſurrectiõis ei⁹ quem ꝛ pr̄ bn̄dixit. et q꞉
ꝑ ipm̄ ipē xp̄us viſibiliter ad memoriā re
ducit̄. Bn̄dicit̄ q̄dem etiā p̄ſente ep̄o vel
ſacerdote a diacono q̄ eſt minoꝛis oꝛdinis
q꞉ xp̄s reſurgens a moꝛtuis p̄muꝫ marie
magdalene ſe manifeſtans voluit ꝑ debi-
lioꝛem ſexum glām ſue reſurrectõis ap̄lis
nūciari. vt ſicut noſtre moꝛtis initiū ꝑ mu
lierem in mundū intrauerat. ita ꝛ repara-
tionis initiū ꝑ mulierem nunciaret̄. Ad h̄
diaconus bn̄dicēs cereū ſignificat euāge-
lij p̄dicatoꝛem. q̄ xp̄m ꝓ nob̄ paſſiõis vio
lentia coꝛpaliter extinctū: debꝫ laudū bn̄-
dictionibus p̄dicādo. reſurrectōnis lumi
noſa gratia reddere illuſtratum. Qui dal
matica induit̄. qm̄ debet eſſe celeſti ꝯuer-
ſatione adoꝛnatus quā dalmatica ipa de-
ſignat. Poꝛro cereus ſuꝑ colūnā illumia-
tus ſignificat p̄mo columnā ignis que pꝛe
cedebat in nocte ꝑp̄lm iſrl̄. extinctus v̾o ſi-
gnificat columnā nubis q̄ p̄cedebat in die
p̄ma q̄dem de nocte illuminās. ꝛ ſecunda
de die refrigerās. in q̄ ſpūſſanct⁹ ſignifica-
batur. tenuit q̄dem in nob̄ colūna nub̄ fi-
guram humanitatꝭ. ꝛ colūna ignis figurā
diuinitatis. Recte aūt cere⁹ colūnā ſigni-
ficat. Nam illa p̄ceſſit ꝑp̄lm ad mare rubꝝ
in quo baptizati ſunt. iſte v̾o p̄cedit neo-
phicos ad baptiſmū. Item illa p̄ceſſit po
pulum vſq̄ꝫ ad terrā ꝓmiſſiõis. iſte v̾o p̄-
cedit ſeptem dieb⁹ neophicos ad fontes.
dn̄s nos p̄cedit vt paret nob̄ viā vſq̄ꝫ ad
patriā. q̄ poſt finem hui⁹ vite que ſeptena
rio reuoluit̄ nob̄ ꝓmittit̄. Et nō ꝙ nec in
pꝛima nec in ſcd̄a manſione colūna p̄ceſſit
ꝑp̄lm ſed in tertia. Pꝛima māſio fuit in ra
mathe. ſecunda in ſegoꝛ. tertia in ethan.
Ramathe interp̄tat̄ commotio tinee. Se
goꝛ tabernaculū. Ethan firmū vl̄ ꝑfectuꝫ
vel ſigna ei⁹. He tres manſiões his tribꝰ
diebus dn̄i coaptant̄. ſ. dieb⁹ paſſiõis. ſe-
pulture ꝛ reſurrectiõis. Nam in die paſſi
onis fuit dn̄s q̄ſi in ramathe. i. in cōmoti-
one tinee. vicꝫ in cōmotione iudeoꝝ. qui
ad modū tinee veſtem inconſutileꝫ dn̄i. i.
eccl̄e vnitatē. imo ꝛ ipm̄ demoliri niſi ſūt.
Sed de hac manſione q̄ſi exiuit cum obijt
ꝛ venit in ſegoꝛ. i. in tabernacula cuꝫ in ſe-
pulchꝛo latuit. ꝛ tanq̄ꝫ foꝛtis miles foꝛteꝫ
diabolū ligando vaſa ei⁹ diripuit. Taber
nacula em̄ militātiū ſunt. Sed de hac mā-
ſione exiuit cū ſurrexit ꝛ intrauit in ethan
qđ interp̄tat̄ firmum ſeu ꝑfectū ſeu ſigna
eius. q꞉ ipē reſurgens a moꝛtuis iā nō mo
ritur. moꝛs illi vltra nō dominabit̄. tūc ſi-
gnaculum ſuis fuit cū ipē eis gl̄oſus appa
ruit. ꝛ eos tanq̄ꝫ colūna ignis illumiauit.
Scd̄o cereus ſuꝑ colūnam ſignificat xp̄m
q̄ nos in hui⁹ mūdi nocte illumiat. ꝛ i die
a vicioꝝ incentiuo refrigerat. vt p̄miſſuꝫ
eſt. Recte q̄dem cereus xp̄m ſignificat ꝓ-
pter tria q̄ in eo ſunt. lichinū nāq̄ꝫ animā.
cera coꝛpus. ꝛ lumen diuinitatē ſignificat
Tertio cereus renouat⁹ ꝛ illuminatus ꝑ⁹
bn̄dictioneꝫ. ſignificat nouā xp̄i doctrinā
q̄ eſt in nouo teſtamento. ſ. Mandatū no
uum do vob̄. Uel nouam grām q̄ nox do
minica ſingularit̄ illuſtrata eſt. vicꝫ chꝛi-
ſti reſurrectõꝫ. q̄ reſurgēs a moꝛtuis appa
ruit in carne glorioſus ꝛ ſplēdoꝛe diuini-
tatꝭ illuminat⁹. Huius em̄ cerei cerā apes
mat̄ ſine concubitu eduxit. Et xp̄i carneꝫ
v̾go maria concepit ꝛ pepit. ꝛ deū in car-
ne quaſi mel in cera ꝓferēs inuiolata per-
manſit. Incipit aūt cerei bn̄dictio. Exul-
tet iam angelica turba celoꝝ ꝛc̄. De h̄ em̄
eſt exultatio ꝙ extraxit ſuos de inferno. ꝛ
de eius victoꝛia. Aſcēdit em̄ ſuꝑ occaſuꝫ
dn̄s nomen illi. Et p̄mo ſalutat populū di
cens. Dn̄s vobiſcū. vt illum reddat beni
uolum ꝛ attentū. ¶ Ceterum lumen cerei
ſeu eius ſignatio duplex eſt. ſignificat em̄
ſpūmſanctū. quo xp̄s plenus fuit. ꝛ glām
reſurrectiõis eius. Scđm p̄muꝫ myſteriū
in q̄buſdam eccl̄ijs cereus a p̄ncipio bene
dictiõis accendit̄. q꞉ xp̄s ab initio ſue cō-
ceptionis ſpūſancto fuit repletus. Et ver
ba benedictionis in h̄ conſonare vidētur.
Nam ſtatim circa p̄ncipiuꝫ dicit̄. Gaude
at ſe tellus tantis irradiatam fulgoꝛibus.
Et poſtea ſubdit̄. Letet̄ mater eccl̄a tan-
ti lumis adoꝛnata fulgoꝛib⁹. Et poſtea di
aconus rogat circūſtātes cū eo miſcđiam
dn̄i inuocare ad tam miram hui⁹ luminis
claritateꝫ. qđ licet de ſignato intelligat̄. ſ.
dd

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de xp̄o conueniens tñ videt̄ vt ⁊ ipſum ſi
gnans ei aliquo mō ꝓut fieri pōt correſpō
deat ⁊ eius ſimilitudinē gerat. Quantum
ad alterū vō myſteriū vicȝ ꝙ lumen gł̄aȝ
reſurrectiōis ſignificat. in q̄buſdaȝ eccł̄ijs
illuminatio cerei vſq; poſt appoſitōȝ incē=
ſi defert̄. Infigit em̄ ipi cereo diacon⁹ q̄n
q; grana thuris in modū crucis cuȝ dicit.
Suſcipe ſancte pr̄ huius incenſi ſacrificiū
veſptinuȝ. Siq̄dem paſſio ſaluatorꝭ reue
ra fuit ſacrificiū veſptinum legis. iuxta il=
lud. Eleuatio manuū mearū ſacrificiū ve
ſpertinum. q: fuit in veſpa mūdi. i. i ſexta
etate factum ⁊ in veſpa diei. Que grana
thuris deſignant aromata q̄ mł̄eres eme=
runt vt vngerent crucifixū. Emerunt em̄
ad lr̄am aromata veſpe ſabbati. q: ſabba
to ſiluerūt ꝓpter feſtum ſabbati. Et oſten
dit eccł̄a ſe illam deuotōȝ habere i aroma
tibus vtutum. Vel q̄nq; grana ſignificāt
q̄nq; plagas in cruce receptas. Poſt hoc
aliquantulū inferius fit cerei illuminatio
q: poſt paſſionē ſecuta ē reſurrectōis gł̄a.
Et lucet cathecuminis añ baptiſmum et
poſt vſq; ad octauas. ad notandū ꝙ xp̄s
lucet eccł̄e vſq; in diem iudicij. de quo ⁊ q̄
re candela ex q̄ cereus illuminat̄ affigitur
in capite ſpentis. in ſummitate baculi for
mati. dicet̄ ſub ti. de ſeptem dieb⁹ poſt pa
ſca. In cereo etiam affigit̄ tabł̄a ſeu carta
ſcripta que ſignificat tabulam in q̄ pilatuſ
ſcripſit. Jeſus nazarenus rex iudeorum.
quaȝ vidimus pariſius in capella illuſtrꝭ
regis francorū. vna cum ſpinea corona. ⁊
ferro ⁊ haſta lancee. ⁊ cū purpura q̄ xp̄m
induerūt. ⁊ cum ſindone q̄ corpus xp̄i fu=
it inuolutum. ⁊ ſpongia ⁊ ligno crucis. et
vno ex clauis ⁊ alijs reliquijs multis. Et
cum cereus xp̄m ſignificet. merito i dicta
tabula inſcribit̄ annus domi tunc currēs
cum eis incarnatione. q: in cereo notat̄ ꝙ
xp̄s eſt annus antiquus ⁊ magn⁹ plenus
dierū. de quo in octaua pte ſub ti. de āno
ſolari dicet̄. Ideo aūt xp̄s annus dr̄. q: ſi
cut in āno dierū habet̄ mł̄titudo fructuū.
ita in xp̄o fuit ⁊ eſt mł̄titudo omniū bono
rum fructuum. Habet em̄ xp̄s ſuos men=
ſes vt ſunt. xij. apoſtoli. ⁊ ſuos dies vt ſūt
oēs fideles. ⁊ ſuas horas vt ſunt neophi=
ci. Scribit̄ etiam in ipa tabula annus ab
origine mundi currens. ad notandū ꝙ ip=
ſe eſt alpha ⁊ o. Scribunt̄ etiā ibi indicio
vel hera vel epacta. de q̄bus ſub dicto ti.
de anno ſolari dicet̄. ad notandū ꝙ hoim
actiones ⁊ tempoꝝ ſucceſſiones ꝑ dei diſ
poſitionem ordinant̄. In q̄buſdam eccle=
ſijs addit̄ alter cereus minor. Prim⁹ ma=
ior conſecrat̄ in pſonaȝ xp̄i dicentis. Ego
ſum lux mūdi. Alter in pſonam apł̄orum.
q̄bus ipe dn̄s inq̄t. Vos eſtis lux mundi.
Alter q; cereus p̄cedit cathecuminos ad
baptiſmū. ⁊ apoſtoli nos ad terrā ꝓmiſſi=
onis. Item xp̄s ꝑ ſe illuminat eccł̄am illu
minat etiam illam ꝑ apł̄os. quorū p̄cepta
diligent̄ intueri ⁊ obſuare debemuſ. Ad
oſtendit̄ ex illuminatiōe aliorū cereorum
q̄ ab illis duobus illuminant̄. In pleriſq;
eccleſijs duo alij parui cerei accendunt̄ a
maiori. ⁊ ſtatuunt̄ vnus ab vna pte cerei
bn̄dicti. alius ab alia q̄ ſignificant ſanctos
veteris ⁊ noui teſtamēti. q̄ ꝑ xp̄m illumia
ti ſunt. vel doctrinā apł̄oꝝ ⁊ ꝓphetarum
q̄ cum xp̄o concordāt. Illi aūt ⁊ cetera ec=
cleſie luminaria ex igne maioris cerei accē
dunt̄. ad figuranduȝ ꝙ ignis ſpūſſancti a
xp̄o ꝓcedit. ⁊ ꝙ nō ſolū ꝓphete ⁊ apoſto
li q̄ ꝑ duos cereos ſignificant̄. verū etiam
omnes eccł̄e fideles a xp̄o illuminati ſunt
qui idō ſunt duo. tum q: apoſtoli bini ad
p̄dicandum miſſi ſunt. tum q: diſcipuli et
alij illuminati a xp̄o gemina charitate fer
uent. ⁊ tam vbo q̄ȝ exemplo lucēt Poſſūt
etiam ipi duo cerei cathecuminos ſignifi=
care. q̄ a lumine maioris cerei accendūtur
qm̄ a lumine xp̄i oportet cathecumios il=
luminari. Lumē q̄dem xp̄i ē ei⁹ gł̄a et do=
ctrina que ꝑ ſequentes lectiōes intelligū=
tur ſeu inſinuant̄.

Tertio loco circa lectiones ⁊ circa
tractus ſciendum eſt ꝙ lectiōes q̄
xp̄i gł̄am ⁊ doctrinā ſignificāt. id=
circo carent titulo. q: cathecumini nondū
ſunt ciues hierł̄m. ⁊ ſcripturas ignorant.
⁊ nomia ciuiū ignorant Vñ ſi eis nomina
rent̄ nomia doctorū veteris vł̄ noui teſta
menti forte potius ꝯtemnerent q̄ȝ venera
rentur. Carent etiā titulo. q: xp̄us caput
noſtrū nondum redditū eſt nob̄. Legunt̄
q̄ȝ ſine tono. qm̄ in eis inſipientes ⁊ cathe
cumini ſimplices inſtruunt̄. Lectōes aūt
in q̄buſdam eccleſijs legunt̄ q̄tuor. in qui
buſdam ſex. in q̄buſdam. xij. ⁊ in q̄buſdaȝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

viginti q̄tuoꝛ. Qui quatuoꝛ legūt ideo faciunt. qꝛ doctoꝛ cathecuminoꝛū dꝫ eſſe cōuiuatoꝛ eoꝛū. debēt em̄ eis parare ꝯuiuiū in menſa ſacre ſcripture q̄ ꝑ menſam q̄ i tabernaculo dn̄i fuit ſignificat̄. q̄ q̄ttuoꝛ pedes habuit. qꝛ ſacra ſcriptura q̄tuoꝛ modis exponit̄. vicꝫ hiſtoꝛice. allegoꝛice. tropologice ⁊ anagogice. qđ pleni⁹ dictū eſt in ꝓhemio hui⁹ libꝛi. Pꝛīa lectio. In pn̄cipio creauit deus celū ⁊ terrā. q̄ eſt Gen̄. j. c. hiſtoꝛiā monſtrat. Ad lr̄am eniꝫ facta ſunt q̄ ibi dicunt̄ de creatiōe celi ⁊ terre. ⁊ aliaꝝ reꝝ. de hoīe q̄ factus eſt ad imagīeꝫ ⁊ ſimilitudinē dei. ⁊ ſic de alijs. Scđa lectio. ſ. Factum eſt in vigilia ⁊c̄. q̄ ē Exo. xiiij. c. ꝑtinet ad allegoꝛiā. Tertia. ſ. Apphendent ſeptē mľeres ⁊c̄. q̄ eſt Eſa. iiij. c. ad tropologiā. Quarta. ſ. Hec eſt hereditas ſuoꝛū. q̄ eſt ibidem. lv. c. ad anagogiā put infra patebit. Verū ſi diligent̄ attendere volumus. pꝛīa lectio ⁊ ſcđa taꝫ ad pꝛimum q̄ꝫ ad ſecūdū pedē ꝑtinent. tertia potius ad ſecundū q̄ꝫ ad tertiū. Pꝛīa ꝑtinet ad ſecundū pedem ſicut ad pꝛmū. Nam q̄ i ea hiſtoꝛice dicunt̄ allegoꝛice exponūtur. Verbi gr̄a. Factus eſt hō. i. xp̄us ad imaginem ⁊ ſimilitudinē dei. maſculū. i. xp̄m ⁊ feminam. i. eccl'am creauit eos. Vł etiā partim ad ſecundū. partim ad tertiū refertur. qꝛ opa ſex dierū coaptant̄ opibus lucis ſpūalis. q̄ interius refoꝛmamur ⁊ illuminamur. Nempe op⁹ pꝛme diei fuit lux q̄ ſignificat̄ illuminatio fidei. Op⁹ ſecūdi diei fuit firmamentum. qđ diuidit aq̄s ſuperioꝛes ab aquis inferioꝛib⁹. Hoc eſt firmamentū ſacre ſcripture. qđ diuidit aq̄s ſupioꝛes. i. angelos q̄ eo nō indigent ab aquis inferioꝛib⁹. i. hominibus q̄ eo indigēt. Opus tertij diei fuit ſegregatio aquaruꝫ ab arida. i. ſegregatio eoꝛuꝫ q̄ dediti ſunt fluxui carnaliū voluptatum. ⁊ q̄ quemadmodū aque ſe ⁊ alios quatiūt. ab his qui admodum aride ſitiūt fontem aq̄ viue vt poſſint fructificare dicentes Sitiuit aīma mea ad deū fonteꝫ viuū. Quarte diei op⁹ eſt creatio luminariū in firmamento. Hec luminaria ſunt doctoꝛes. q̄ inherentes firmamento ſacre ſcripture inferioꝛib⁹ lumine ſcie lucent. Quinte diei op⁹ eſt creatio piſcium ⁊ auiū ex aquis. ꝑ que intelligūt̄ renati ex aquis baptiſmatis. quoꝛū q̄daꝫ bn̄ficio baptiſmatis vtunt̄ ad modum piſcium vt paruuli. q̄dā vo alis gemine charitatis ad inſtar auiū volant ad ſupioꝛa. vt boni adulti. Vn̄ in pꝛma lectōe dꝛ. Spiritus dn̄i ferebat̄ ſup aq̄s. ſ. baptiſmi. In aq̄s em̄ remanent piſces. i. curioſi. Aues vo. i. baptiſati ad celeſtia volāt. Sexte diei opus eſt creatio aīaliū de terra. Siquideꝫ terra caro noſtra eſt. ex qua creantur aīalia cū ex ea ꝓcedūt opa viua. ⁊ ita interioꝛ hō noſter refoꝛmat̄. vt in eo imago ⁊ ſimilitudo dei reluceat. Sm̄ qđ dictū eſt ibi. Factus eſt hō ad imaginē ⁊ ſimilitudinem dei. Rurſus ꝑ pꝛmā lectiōꝫ inſtruuntur baptizandi ne credāt manicheis q̄ dicunt oīa hͤ viſibilia a rege tenebꝛarū foꝛe creata. Poſt iſtā pꝛmā lectiōꝫ nullū ſeq̄tur canticū. Sunt em̄ q̄tuoꝛ cātica ſicut et q̄tuoꝛ lectiones. Poſt duas pꝛmas ſequit̄ vnū canticū. poſt tertiā vnū canticū. ⁊ p⁹ vltimā duo cantica ſequunt̄. Poſt pꝛmaꝫ ḡ non ſequit̄ canticū. qꝛ in eo agit̄ de pꝛio homīe q̄ creatus deū nō laudauit. ſed peccauit. ⁊ in eo omēs peccauerūt. ideo poti⁹ deberet ſequi luctus q̄ꝫ canticū. qđ eſt exultatio mentis habita de eternis. Qꝛ vo pꝛmus hō ꝑ oblectamēta peccati a gl'a cecidit ⁊ ad eam redire poſſum⁹ ſi ratōe ꝯtra peccatū ſteterimus. idcirco oꝛat ſacerdos ſtatim poſt lectōꝫ dicens. De⁹ q̄ hoīeꝫ mirabilit̄ creaſti ⁊ mirabilius refoꝛmaſti. da nob̄ ꝯ oblectamenta peccati mētis ratiōe ꝑſiſtere. vt ad eterna gaudia ꝑuenire mereamur. Et in eo etiā q̄ ipe dicit q̄ hoīem mirabiliter creaſti ⁊ mirabilius refoꝛmaſti. innuit q̄ in p̄cedenti lectione hiſtoꝛice agit̄ de homis creatiōe. ⁊ allegoꝛice de e⁹ redemptione. i. de illo ꝑ quem facta eſt redemptio. In ſcđa q̄ꝫ lectione eſt hiſtoꝛica narratio. ſed ipa ꝑtinet ad ſecundū pedeꝫ menſe. qꝛ qđ ibi hiſtoꝛice dicit̄. allegoꝛice intelligit̄. Nam ſicut in mari rubꝛo ſbmerſis egyptijs liberati ſunt hebꝛei. ita in baptiſmo ſubmerſis vicijs ⁊ peccatis liberat̄ ꝑpl'us dei. Unde poſt illā lectōꝫ ſequit̄ cāticum leticie ⁊ exultatiōis vicꝫ. Cātemus dn̄o. Exo. xv. c. in quo exultat ꝑpl's xp̄ianus. q̄ a ſpūalibus egyptijs ꝑ baptiſmuꝫ eſt liberatus. ſicut iudei a coꝛꝑalib⁹. et iō ſacerdos oꝛat vt dn̄s ad ſalutē gētiuꝫ operetur in aquis baptiſmatis myſteriū quo

ipſe ꝑorem ꝑplm ab egyptijs libauit. ꝑ egy-
ptios ꝗdem peccatores. ꝑ mare rubrũ ba-
ptiſmus intelligit. ex ꝗbus egyptijs neqꝫ
paruus neqꝫ magnus ꝑmãſit. nec etiaꝫ in
baptiſmo magnũ vel paruũ peccatũ rema
net. qđ in ꝑnia facile contingit Recte igit
ſubijcit canticũ illud Cantem⁹ dño. qꝛ li-
cet ꝗdiu hõ in peccato eſt deũ laudare nõ
põt. qꝛ nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccato
ris. tñ cum liberatus eſt põt cantare dño
ꝑmum canticũ. ſ. de liberatiõe ſua Tertia
ṽo lectio q̃ eſt de Eſa. ꝑtinet ad ſecũdum
pedem mẽſe. ſ. ad allegoriã. licꝫ ⁊ ad tꝰiuꝫ
ſcꝫ ad tropologiã vtcũqꝫ ualeat coaptari.
in ea em̃ ꝯtinent ſacra xp̃i ⁊ eccle. Sacrm
xp̃i ibi notat. Apprehendẽt ſeptẽ mlieres
virũ vnũ. Septem mulieres ſunt ſeptem
dona ſpũſſancti in baptiſmo collata. que
apprehenderũt vnum virũ. i. xp̃m. vt i eo
plene quieſcerent. qđ in alio hoie facẽ nõ
poterant vicijs ⁊ peccatis impediẽtibus.
Sequit ibi. Panem noſtrũ comedemus.
qđ ad ip̃m ſpũmſanctũ cui⁹ h̃ dõa ſunt re
fert. Nam ſpũmſanctũ panẽ ſuũ comede
re ⁊ veſtimentl ſuis coopiri. nihil aliđ eſt
ꝗꝫ ip̃m equalitatem patris ⁊ filij poſſiden
tem nullo indigere. Poſtea ſubiungitur.
Tantũmodo inuocet nomen tuũ ſup nos
id eſt illi in ꝗbus erit habitatio tua a noie
tuo xp̃iani dicant Aufer obꝓbriũ nr̃m
qđ ſcꝫ in alijs homib⁹ paſſi ſum⁹. a ꝗbus
ſepe ꝑ vicia ⁊ peccata expulſi ſum⁹ Hec ẽ
ergo allegoria. Moralit aũt ꝑ ſepteꝫ mu
lieres intelligunt homies ſeptiformi gra-
tia repleti. i. ſapientes. intelligẽtes. conſu
lentes. fortes. ſcientes. pij. timorẽ dñi ha-
bentes. Qui apprehendẽt vnũ virum. id
eſt xp̃m. ei ꝑ fidem ⁊ charitatẽ adherẽdo.
hi dicant qđ in lectione ip̃a ſequit. ſ. Pa-
nem noſtrũ comedemus. i. corpus tuũ qđ
eſt noſter panis. qꝛ nob ad refectõneꝫ da-
tur. veſtimentis. ſ. bonorũ opeꝝ ꝯ frigus
peccati operiemur. inuocet tantũmõ no/
men tuũ ſup nos. vt vicꝫ a te xp̃iani dica
mur. Aufer obꝓbriũ noſtruꝫ. ſ. ne ſerui
diaboli nominemur. In eo ṽo quod ſeꝗt
ſi abluerit dñs ſordes filiarũ ſyon. ⁊ laue-
rit ſanguinẽ hierlm de domo ei⁹ in ſpũ iu
dicij ⁊ ſpũ ardoris. notat ſacramẽtum ec-
cleſie. Per ſordes notat leuiora peccata.
ꝑ ſanguinẽ grauiora. Leuiora em̃ pecca-
ta lauat dñs in ſpũ iudicij. i. leuioris cor/
rectionis. grauiora in ſpũ ardoris. i. ꝑuio
ris ſatiſfactionis. Notat igit in h̃ effectuꝫ
baptiſmi. qꝛ dñs tam grauiora peccata ꝗꝫ
leuiora tollit ꝑ baptiſmũ. Poſt hãc lectio
nem ſequit canticũ qđ eſt ꝑmum canticuꝫ
ſynagoge. ſ. Facta eſt vinea dilecto mea.
Eſa. v. c. Vinea em̃ ad lr̃am ſynagoga eſt
ſepes circa eã ſunt obſuantie legales. tur
ris in ea eſt tẽplũ. torcular altare olocau/
ſti. Et in eis ſacramẽta eccle nihilominus
intelligunt. Vinea em̃ eſt eccla q̃ facta eſt
in cornu illo. ſ. de quo ſcriptuꝫ eſt. Erexit
cornu ſalutis nob. h̃ cornu eſt xp̃us. et vi-
nea facta eſt in loco vberi. Xp̃s eſt locus
vber. de quo dictum eſt. Mõs dei mons
pinguis. Circa hanc vineã ſepes eſt diuia
ꝓtectio. foſſa timor domi. turris ipſe xp̃s.
de quo dictum eſt. Eſto nob domine tur/
ris fortitudis. Torcular crux xp̃i. de quo
ſcriptum eſt. Torcular calcaui ſolus. Et
qꝛ in lectione ⁊ cantico exꝑmũt ſacramen
ta eccle ⁊ ſynagoge. idcirco ſacerdos orat
dicens. Deus q̃ nos ad celebrandum pa-
ſcale ſacrm vtriuſqꝫ teſtamenti pagis in/
ſtruis. Vtriuſqꝫ teſtamẽti dicit. vt notet
vtriuſqꝫ ſacramentũ. Et ſubdit. Da nob
intelligere miſcdiam tuã. vt ꝑceptõe pre-
ſentium munerũ firma ſit expectatio futu
rorum. Miſicordia domi quã nos intel-
ligere optat. eſt remiſſio peccatoruꝫ in ba-
ptiſmo. Preſentia igit munera ſunt ſpũa
lia dona q̃ in ꝑſenti ꝑcepim⁹. Quarta le/
ctio eſt. Hec eſt hereditas ſuorũ domi et
iuſticia eorũ apud me dicit dñs Et ꝑtinet
ad quartũ pedem mẽſe. ſ. anagogem. Nã
pe ſicut ex ꝑdictis patet in ꝑma lectõne in
ſtruit hõ de ſua formatiõe. In ſecunda ⁊
tertia de reformatõne q̃ fit in baptiſmo ꝑ
ihm xp̃m. Vnde iam non reſtat niſi ꝙ in-
ſtruat cathecuminus de vita beata et de
bonis moribus ꝑ quos ad eam venit. q̃ i
hac quarta lectiõe docent. Siqđem vita
eterna eſt hereditas q̃ ſuis domi debet. ⁊
iuſticia eorũ eſt apud eũ eſſe. Nam meritl
eorũ iuſte debet. vt apud eum eternaliter
ꝗeſcant. Ea ṽo que ſequunt ad mores ꝑ-
tinent. vt illud. Audite audiẽtes me. et co
medite bonum. ⁊ delectabit in craſſitudie
anima veſtra. Per bonuꝫ intelligit ieſus
xp̃s vel ṽbum eius quo omnia reficiunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Unde notans delicias aīe nō carnis di
xit. Delectabit in craſſitudine aīa veſtra.
Hanc lectōez ſequunt duo cātica in qbuſ
dam ecclijs. In ea em̄ agit de hereditate
eterna. q̄ erit in duobus. ſ. in glā aīe ⁊ cor
poris. ſed ꝯuenientioꝛ eſt ratio. qꝛ ī ea agi
tur de duobus. ſ. de moꝛibꝰ bonis. ⁊ vita
beata. vt dictum eſt. Pꝛimū canticuz eſt
ſcz. Attende celum. qd eſt Deut. xxxij. c.
ad bonos moꝛes ptinet. Vn̄ verba cātici
huius xbis lectōnis in pleriſqꝫ reſpōdēt.
In lectiōe em̄ dicit. Feriā vobiſcum pa
ctum ſempiternū miſericoꝛdias dauid fide
lis. Et in cantico dr. Deus fidel ⁊ abſqꝫ vl
la iniqtate. Et ibi dicit. quō deſcendit im
ber ⁊ nix de celo ⁊ illuc vltra nō reuertit.
ſ; inebꝛiat terrā ⁊ germinare eā facit. Hic
dicit. Quaſi imber ſup herbā ⁊ nix ſuper
fenum ⁊c̄. Et qꝛ bona oīa q̄ facimꝰ ſunt
ad dei glām referenda. idcirco circa finez
lectionis dicit. Date magnificentiaz deo
nr̄o. Attendēs xo ſacerdos cathecumino
rum aīos eſſe deuotos ⁊ ad baptiſandū
eſſe paratos. oꝛat ꝙ dn̄s q̄s aq̄ baptiſma
tis abluit ꝯtinua ꝓtectōe tueat. Poſtea
xo ſequit canticū in pſona cathecumino
rum reſpondentiū ſe affectare baptiſmuz
vt p h̄ ad viſionem dei ꝑueniāt. Vn̄ can
tat. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aq̄
rum. ita deſiderat aīa mea ad te deꝰ. Su
per quo Augꝰ. dicit. ꝙ h̄ in pſona cathe
cuminorū dicit deſiderantiū ad fontē ba
ptiſmi ꝑuenire. ſicut deſiderat ceruus ad
fontes aquarū venire. Poſt exponit deſi
deriū ſuum cathecuminꝰ dicens. Sitiuit
aīa mea ad deū fontem viuū qn̄ veniā ⁊
apparebo añ faciem dn̄i. q. d. Si non in in
greſſu. ſi nō in ꝓgreſſu. ſatiaboꝛ tn̄ in ꝑuē
tu. Hoc deſideriū ꝯfirmat ſacerdos oꝛās
⁊ dicēs. vt deſiderijs celeſtibꝰ accēſi fontē
vite ſitiamus. ¶ Qui aūt ſex lectōnes le
gunt h̄ faciūt. qꝛ p xp̄i paſſionē ⁊ reſurre
ctōem mūdus ſex diebꝰ ꝑfectus. redēptꝰ.
⁊ reparatꝰ eſt. vel ꝓpter ſenariū numerū
q̄ ꝑfectꝰ eſt. vl̄ qꝛ cathecumini ad ſex ope
ra miſcdie inuitant. ¶ Nūc tangamꝰ con
ſuetudinem ecclāz. xij. lectiōes legētium.
qd faciūt in honoꝛē. xij. aplōz. a qbꝰ poſt
xp̄m oīs doctrina xp̄ianitatis ꝓceſſit a q̄
cathecumini illuminant. ⁊ hi qnqꝫ legūt
ſex grece ⁊ ſex latine. qꝛ xp̄us a iudeis ad

gentes trāſlatꝰ eſt. Greca em̄ ⁊ latina lin
gua ſunt p̄ncipalioꝛes inter alias. ⁊ p eas
apte totū genus oīm gentiū reparatarum
p xp̄m intelligimꝰ. Verū ⁊ ſi p̄miſſi legāt
xij. lectiōes. non tn̄ cantāt niſi q̄tuoꝛ canti
ca p̄dicta. Poſt quartā nāqꝫ lectōz cātant
p̄mum canticū. poſt octauā ſecūdū. pꝰ vn
decimā tertiū. poſt duodecimam quartū.
Pꝛima lectio eſt. In p̄ncipio creauit deꝰ
celū ⁊ terrā. in q̄ hō ad imaginem dei factꝰ
docet. Sed h̄ imago pene amiſſa p pecca
tum. reſtaurat p baptiſmū. Vn̄ ſequitur
ſcd̄a lectio Noe xo cū eſſet ⁊c̄. q̄ eſt Gen̄.
v. in fine. et. vj. et. vij. et. viij. c. in q̄ oſtēdi
tur ꝙ oēs pierunt in diluuio. exceptꝭ his
q̄ in arca ſaluati ſunt. Diluuium eſt bapti
ſmus. arca eſt eccl̄a. oēs em̄ q̄ extra eccl̄az
baptizant ꝑeunt. ⁊ illi ſoli q̄ ſunt in eccl̄a
merito ſaluant. Et qꝛ poſt baptiſmum dz
eſſe paratus ad temptatōz. idcirco ſequit
tertia lectio. Temptauit deꝰ abꝛaam. que
eſt Gen̄. xxij. c. in q̄ iſaac legit a pr̄e obla
tus. ⁊ aries ꝓ eo immolatꝰ. ⁊ ita dei filius
ꝓ nob oblatus eſt. ſed nō eiꝰ diuitas. imo
eius coꝛpus ꝓ nob eſt immolatū. Et qꝛ in
paſſione domi maioꝛē efficaciā baptiſmuſ
recipit. idcirco ſequit quarta lectio. ſ. Fa
ctum eſt in vigilia matutina. in q̄ oſtendi
tur ꝙ in mari rubꝛo ſubmerſi ſunt egyptij
⁊ liberati hebꝛei. Sacerdos em̄ eſt Moy
ſes. baptiſmus mare. cereus colūna ignis
cathecumi egyptij. baptiſati hebꝛei. Treſ
p̄me lectōnes ſumpte ſunt de Gen̄. quar
ta de Exo. quam ſequit canticū ſimiliter
de Exo. ſumptum qd eſt canticū victoꝛie
Quinta lectio eſt. Hec eſt hereditas. ſum
pta de Eſa. in qua agit de baptiſmo. ibi.
Sitientes venite ad aquas. vbi inuitant
ad baptiſmū. Sexta lectio eſt. Audi iſra
el. ſumpta de Baruch. c. iij. Sed ꝯueniē
tius dicit ſumi d̄ hieremia. qꝛ q̄cq̄d ſcrip
ſit Baruch ab oꝛe Hieremie ſumpſit. In
ea agit de xp̄i reſurrectiōe q̄ in baptiſmi ī
merſione ſignificat. ibi. Poſt h̄ in terra vi
ſus eſt. ⁊ cū hoībus cōuerſatus eſt. Se
ptima eſt. Facta eſt ſup me manus domi.
ſumpta de Ezechiele. xxxvij. in q̄ agit de
generali reſurrectiōe. cuius cauſa p̄ceſſit
reſurrectio xp̄i. ibi. Oſſa arida reuiuiſcūt
Octaua eſt. Apprehendēt ſeptē mulieres
virū vnū. ſūpta de Eſa. iiij. ī q̄ xp̄s ⁊ eccl̄e

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſacramentũ exp̄mit. ⁊ etiam baptiſmꝰ. ibi
Cum ablucrit dñs ſordes ⁊c̄. Poſt quaꝫ
ſequit canticũ Eſa. in pſona eccl'e. videli-
cet. Vinea facta eſt. Nona eſt. Dixit dñs
ad moyſen. Exo. xij. c. in qua ſb̄ figura ag
ni immaculati xp̄i paſſio p nob immolati
exp̄mit. Decima eſt. Factũ eſt vbum dñi
que eſt Jone. iij. ca. ſub figura em̄ ione in
mare pijcti ⁊ a ceto abſorpti. ⁊ tertia die
euomiti. ſignificant paſſio. ſepultura ⁊ re
ſurrectio xp̄i. Undecima lectio. Scripſit
moyſes. ⁊ eſt Deut. xxxj. c. in fine. quã ſe
quit ſuum canticũ. Attende celuꝫ. in quo
pmittunt p̄mia renatis. qbus in lectõne
hereditas domi p̄ponit. Duodecima eſt.
Nabuchodonoſor. Dan. iij. c. in q̃ figura
tiue oſtendit q ſicut angelus in camino i-
gnis flammã extinxit. ita ſpũſſanctꝰ p ba-
ptiſmum flammã peccati extinguit. Und
cathecumini baptiſmũ deſiderãtes cãtãt
canticũ. Sicut ceruus deſiderat ad fõtes
aquarũ. quod ſumptũ eſt de ps̄. Ad ora-
tionem aũt que poſt hanc lectiõem ſequit
non dr. Flectamus genua. in deteſtatiõeꝫ
eius q nabuchodonoſor rex in ꝯtemptũ
dei coegit pp'l'm genua flectere ante ſtatuã
auream quã erexerat. ¶ Romani vo di-
cuntur legere. xxiiij. lectões. xij. grece. et
xij. latine. ppter cauſam ſcriptam ſub ſab
bato q̃rte hebdomade aduentus. Prio le
gunt. xij. grece. iuxta tranſlatiõeꝫ ſeptua-
ginta interp̄tum. que eſt autẽtica apd̄ gre
cos. poſtea. xij. latine. iuxta noſtram. ⁊ vt
ſignificẽt cathecuminos fundari ſupra fũ
damentum apl'orum ⁊ pphetarũ Poſtea
deſcendũt ad baptiſmum cum cãtico. de-
bent em̄ eſſe fontes in eccl'a ⁊ non alibi. q̃
mater eſt ex q̃ noua pgenies generatur.
Quicũqꝫ g̊ numerꝰ fuerit in lectõibꝰ. qua
tuor tantũ ſunt cãtica. Eſt aũt canticũ ſan
ctorũ interceſſio facta p cathecuminis vt
eccleſie iungant. ſicut ⁊ cantuſ poſt bapti
ſmum eſt gratiarũactio de ꝯiũctis ⁊ inter
ceſſio vt pſeuerẽt. Ideo aũt cantica cantã
tur. q̃ cathecumini quorũ eſt huius diei
officiũ futuri ſunt in pxio de cetu centum
q̃draginta q̃tuor miliũ cantantiũ canticũ
nouũ. Cantant etiã ppter futurã renoua
tionem in verã innocentiã q̃ſi iam factum
ſit qd̄ cito venturũ eſt. Ex pſona em̄ eorũ
cãtores cãtica canũt q̃ ceteri cãtare neqũt

q̃ſi maculati iteꝝ poſt baptiſmũ. Vocant
aũt cãtica q̃ cantant. vl' q̃ libri vñ exce/
pta ſunt cantica ſiue carmina vocãt. De
p̄mo ſcriptũ eſt. Tũc cecinit moyſes ⁊ filij
iſrl' carmen h̊ dño. De ſcd̄o ſic. Cãtabo di
lecto meo canticũ patruel' mei. De t̄tio ſic
Scripſit moyſes canticum. De q̃rto. ⁊ de
omibus dicit augꝰ. in p̄fatiõe cantici. Si-
cut ceruus. Ideo q̃tuor cantica dicũtur.
q̃ ſcripture quibus cathecumini inſtruũ
tur q̃tuor habent intellectꝰ. Primũ canti-
cum hꝫ intellectũ hiſtoricũ. ſcd̄m allegori-
cum. tertiũ moralẽ. quartũ anagogicum.
quoꝝ vnumquodqꝫ ſubdit lectioni in eo
dem dogmate ꝯſiſtenti. Ac id̄o vltimis q̃
tuor lectionibꝰ q̃ de bonis moribꝰ et cele/
ſti patria diſputãt ꝯiũgunt duo cãtica. q̃
de eadem materia loquunt. vt p̄miſſuꝫ ẽ.
Illud q̃ꝫ notabile eſt q q̃tcũqꝫ fuerint le-
ctiones ſp orãtões ſequẽtes ad lectões ⁊
tractꝰ reſpiciũt p̄cedentes. Et eſt p̄poſte-
rus ordo. al's em̄ p̄mo ſacerdos orat. ſecũ-
do legit lector. ⁊ exinde ſuccinit cãtor. hic
vo p̄mo legit vt neophicis doctrina fidei
p̄ponat. Scd̄o cantat in pſona illoꝝ vt
cognoſcat q̃ta ſit deuotio, ⁊ hilaritas ba-
ptiſandorũ. q̃ cognita ſacerdos orat confi
dent. vt eorũ deuotio nõ deficiat. ſꝫ incre/
menta ſuſcipiat. Et ſicut in lectõibꝰ tituli
ſupprimunt. ſic eadem ratõe oratõibꝰ dñs
vobiſcũ ſubtrahit. Et nõ q in h̊ officio le
ctiones ſunt q̃ſi ſpes magiſtroꝝ. cãtica q̃
beniuolentia auditoꝝ. orõ ſacerdotis ⁊ re
ſpõſio ppl'i. ſ. amẽ. ſunt q̃ſi ꝯfirmatiões be-
niuolẽtie p̄cedẽtis. Itẽ hodie in lectõibus
⁊ letanijs ſenes p̄cedunt ⁊ iuuenes ſubſe-
quunt. vt infra dicet.

Quarto loco de bñdictiõe fontiuꝫ
ſeu baptiſmi dicturi p̄mittimus.
Q ideo fit hac die baptiſmus. q̃ i
eo conſepulti ſumus xp̄o. ⁊ ppter h̊ etiaꝫ
baptiſandus ter immergit. put infra di/
cetur. Scd̄o ideo q̃ baptiſmus partim a
paſſione ⁊ ptim a reſurrectiõe vim ſuã ac
cipit. a paſſiõe ablutõꝫ a peccatis. a reſur/
rectiõe grẽ innouatõꝫ. Tertia ratio. q̃ ſic
dñs tunc libauit antiq̃s p̄res a carcere in-
fernali. Vñ Eſa. Habitãtibus in regione
vmbre mortis lux orta eſt eis. ita ⁊ hac die
liberant a peccato originali. In fontium
bñdictiõe ⁊ in cathecuminorũ immerſiõe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̃dam vtunꝰ ſimplicibꝰ ꝛ lineis indumẽtꝭ
ꝑpter ratiõez ſcriptã in ꝓma pte ſub ti. de
altaris dedicatõe. De letania q̃ in benedi
ctiõe baptiſmi dicitꝰ infra dicetꝰ. ¶ In bñ
dictiõe baptiſmi ſunt ſex. qm̃ ſacerdos o-
rat. aquã manu tangit. vocẽ mutat. cereꝰ
immergitꝰ ꝛ alij cerei illuminantꝰ. iſufflat
ſacerdos ꝛ criſma miſcet. ¶ Primo ergo
orat deũ pr̃em. ꝛ ꝑ ihm xp̃m implorat ſpi
ritumſanctũ. vt in fontes deſcẽdat. idoq̃
in modũ oratõis legit. ſꝫ añ oia ab aſtanti-
bus ſibi captat beniuolentiã ſalutãdo eoſ
dicẽs. Dñs vobiſcũ. ꝛ illi rñdẽt. ꝛ cũ ſpũ
tuo. q. d. Dñs ſit tecum in tanto ſacramẽ-
to ꝑficiendo. qꝛ ſine eo nil potes. Poſtea
ſacerdos alloquitꝰ dñm. q̃ſi lõge poſitum
rogãs vt velit adeſſe p̃ſens dicẽs. Omp̃s
ſempiterne deꝰ. adeſto magne pietatꝭ tue
myſterijs. adeſto ſacramentꝭ ꝛc̃. Sꝫ qꝛ vi
detur ſacerdoti ꝙ inſufficiẽs ſit ꝛ indignꝰ
ad inuocandũ tam magnũ dñm. iõ iteruꝫ
circũſtantes monet ꝛ vocez mutans dicit
Surſum corda. ꝛ ipi rñdẽt. habemus ad
dñm. Iterũ qꝛ. dñs dicit adhuc te loquẽ/
te ecce aſſum. intelligẽs iam dñm eſſe pre-
ſentẽ. monet alios ſecũ gr̃as ei agẽ dicẽs.
Gr̃as agamꝰ dño deo nr̃o. ꝛ ipi reſpõdẽt
dignũ ꝛ iuſtum eſt. Poſtea ſacerdos dño
tãq̃ p̃nti familiaritꝰ loquẽs dicit. Uere di
gnum ꝛ iuſtũ eſt equũ ꝛc̃. Et poſtea addit
Qui inuiſibili potẽtia tua ſacramentoꝛuꝫ
mirabilitꝰ oꝑaris effectũ Poſtea poit duo
in q̃bus ſignatꝰ eſt baptiſmus. Primũ in
exoꝛdio mundi naſcentꝭ. Scõm in purga
tione mũdi nocentis. Primũ eſt cũ dicit.
Deus cuiꝰ ſpũs ferebatꝰ ſup aquas vt iaꝫ
tunc inter ipa ꝓmoꝛdia mũdi ꝟtutem ſan
ctificatõis aquarũ natura concipet. i. con
ceptura ſignificaretꝰ. Scõm cũ ſubiungit.
Deus q̃ nocẽtis mundi crimina ꝑ aq̃s ab
luens regeneratõnis ſpeciẽ in ipa diluuij
effuſione ſignaſti. vt vnius eiuſdemq̃ ele
menti myſterio. ꝛ finis eſſet vicijs ꝛ origo
ꝟtutibꝰ reſpice in faciẽ eccl'e tue ꝛc̃. Et ter
minat hanc oratõez. vt tue maieſtatis im-
perio ſumat vnigeniti tui gr̃am de ſpũſan
cto. ¶ Deinde ter tangit aquã manu Pri
mo diuidẽs aquã in modũ crucis. ꝑ quaꝫ
vt ꝓmiſſum eſt baptiſmꝰ maxie efficaciaꝫ
hꝫ ꝛ recipit. vt aq̃ ſpũſancto fecundetꝰ. et
ſpũs immũdus expellatꝰ. De fecũdatõne

dicit. Qui hãc aquã regenerãdis hoibus
p̃paratã archana ſui lumis admixtiõe fe-
cũdet ꝛc̃. De expulſiõe dmonis dic̃ Pro
cul ḡ iubente te dñe ois ſpũs immundus
abſcedat ꝛc̃. vſq̃ ibi. Nõ inficiẽdo coꝛrũ-
pat. Scdo aquã manu tangit. vt eã ꝑ iuo
catiõem ſancte trinitatis muniat. ne hoſtꝭ
ab illa expulſus redeundi habeat ptãtem
Unde tangendo dicit. Sit hec innocẽs ꝛ
ſancta creatura libera ab omi impugnatõ
nis incurſu ꝛc̃. Qd ex adiectiuis ibi poſi-
tis conijcitꝰ. qꝛ fons viuus ad pr̃em. aqua
regenerãs ad filiũ. vnda purificãs ad ſpi-
ritumſanctũ refertꝰ. Tertio aquã tãgit cũ
eam in q̃tuoꝛ ꝓijcit partes. vt iam dicetur
Trinus igitꝰ aque tactus trinã ſancte tri-
nitatis oꝑatiõem figurat. Hac oratõe fini
ta bñdicit aquã dicẽs. Un bñdico te crea
turam aque ꝑ deũ viuũ ꝛc̃. vbi tantũ vti-
tur ꝟbo ꝓme ꝑſone dicens. bñdico te. q̃ ꝓ
mo vtebatꝰ ꝟbo ſcde diriges ſmonem ad
deũ. vel tertie loquẽs de ſeipo. vl' de re be
nedicenda. Utitꝰ ḡ nunc ꝟbo ꝓme ꝑſone.
vt oſtendat ſe h̾ facẽ miſterio qd dñs fac̃
autoꝛitate. Et ſicut in baptiſmo dñi affuit
trinitas. ita ꝛ in nr̃o baptiſmo eam adeſſe
oñdit. Pr̃em adeſſe oſtẽdit cũ dicit. Bñ-
dico te creaturã ꝑ deũ ꝛc̃. ꝛ filiũ cum dicit
Bñdico te ꝑ ihm xp̃m. ꝛ ſpũmſanctũ cir-
ca finem cũ dicit. Deſcẽdat in hãc plenitu
dinem fontꝭ ꝟtus ſpũſſancti. Sꝫ nõ ꝙ in
bñdictione q̃ eſt ꝑ pr̃em ponũtꝰ q̃nq̃ mira
cula in aqua facta añ aduentũ xp̃i. ꝛ in bñ
dictõe q̃ fit ꝑ filiũ alia q̃nq̃ miracula in a-
qua facta poſt aduentũ. q̃ licet nõ oino eo
dem oꝛdie facta ſint quo ponũtꝰ. tñ quãtũ
ad miſteriũ rõnabilitꝰ oꝛdinãtꝰ. ꝛ poſterio
ra cõgrue ꝓoꝛibꝰ coaptãtꝰ. Prioꝛa h̾ oꝛdi-
ne ponuntꝰ. Primo q̃ te ſeparauit ꝟbo ab
arida. Scdo. cuius ſpũs ferebatꝰ ſuper te
Tertio q̃ te de paradiſo manare p̄cepit
Quarto. q̃ te in deſ̾to amaram ſuauitate
indita fecit eſſe potabilem. Quinto. ꝛ ſiti-
enti ꝑp'o de petra ꝓduxit. Poſterioꝛa ſic
ponuntꝰ. Primo. q̃ te in chana galilee mu
tauit de aqua in vinũ. Scdo q̃ pedibꝰ ſu-
per te ambulauit. Tertio q̃ in te a iohe ba
ptiſatus eſt. Quarto. q̃ te vna cũ ſanguie
de latere ſuo ꝓduxit. Quinto. q̃ in te om-
nes gẽtes a diſcipul' baptizari p̄cepit. In
omibus enim his baptiſmus exp̄mitꝰ. et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſterioꝛa ꝓoꝛibus ꝑ antitheſim rn̄dent.
Ibi nāq̧ in ꝓmo miraculo aq̄ .ſ. baptiſmi
v̄bo ſepata ab arida. accedente v̄bo. ter-
renitatem peccatoꝛū a nob̄ ſepat. ⁊ h̄ in ꝓ-
mo ſilr̄ in baptiſmo aq̄ mutat̄ in vinū. qꝛ
triſticia peccatoꝛū expulſa mēs nr̄a q̄dā
ſpūali leticia inebꝛiat̄ q̄ ꝑ vinū intelligit̄.
Vn̄ vinū letificat coꝛ hoīs. Aq̄m in vinū
mutari eſt timoꝛē de peccatis cōuerti i ex-
ultatōē mentis. Item ibi dꝛ in ſcd̄o mira-
culo. cui⁹ ſpūs ferebat̄ ſup aq̄s. ⁊ h̄ ſimili
ter in ſcd̄o dꝛ. Qui pedib⁹ ſup te ambula-
uit. Et h̄ duo bn̄ ꝯueniūt. qꝛ in baptiſmo
ſic̄ in alijs indiuiſibil̄ eſt opatio pr̄is ⁊ filij
⁊ ſpūſſancti. ⁊ vtrobiq̧ dꝛ ſuper. qꝛ gr̄a q̄
ꝯfert̄ de ſupnis eſt. ⁊ vt notet̄ ꝙ dn̄s po-
tentiā ſuā nō alligauit. Itē ibi dꝛ in tertio
Qui te de padiſo ⁊c̄. h̄ q̄ in te a iohāne ba
ptiſatus eſt. qꝛ gr̄a de padiſo manās aq̄s
in baptiſmo ē infuſa. Vn̄ de baptiſmi gr̄a
eccl̄a ꝓfluens in q̄tuoꝛ ptes oꝛb̄ dilatata
eſt. qd̄ quodāmodo factum eſt qn̄ dn̄s ba
ptiſatus eſt a iohe. qꝛ tunc oēs aq̄ vim re-
generatiuā ſuſceperūt. Rurſus ibi dicit̄ i
quarto. Qui te in deſ̄to amaram ſuauita
te indita fecit eſſe potabilē. hic dicit̄. q̄ te
vna cum ſanguine de latere ſuo ꝓduxit.
qꝛ in gentilitate q̄ ꝓus erat a dn̄o deſerta
aq̄ baptiſmi reficiendi mētes ⁊ ſanādi ha
bet effectum. Dulcoꝛata aūt fuit aq̄. qꝛ ꝑ
paſſionē crucis maxime baptiſm⁹ plenā
recepit efficaciā. Unde in cruce de latere
domi aqua ꝓfluxit. Item ibi in q̄nto dici
tur. Et ſitienti ꝑp̄lo de petra ꝓduxit. hic
v̄o dꝛ. qui in te oēs gentes ꝑ diſcip̄los ba
ptiſari ꝓcepit. qꝛ baptiſmus a petra chꝛi-
ſto originem hn̄s. ꝑp̄lm eū deſiderantē re-
ficit. non eīn ꝓdeſt baptiſmus niſi ſitienti
eū. i. deſideranti vl̄ in ſe vl̄ in alio. Vn̄ di-
ſcipul̄ ꝓceptum eſt vt baptiſarent oēs gē
tes in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. ſicut i
vltimo ca. Matth̄. dꝛ. Hic etiā nō ꝙ vbi
dicit̄. Qui te de padiſo manare ⁊ in q̄tu-
oꝛ fluminibus exire ⁊ totam terrā irriga-
re ꝓcepit. ibi ſacerdos aquā manu in qua
tuoꝛ ptes effundit. vt oſtendat̄ ꝙ gr̄a ba-
ptiſmi in quatuoꝛ partes oꝛbis ſit dilata-
ta. Ceterū ſacerdos ip̄e ſepe mutat vocē
In ꝓmis enim oꝛat deū vt dignet̄ mūda-
re mentem eius ad ſuſcipiendū ſpūmſan-
ctum. ⁊ depꝛecat̄ eius aduentum. ⁊ ideo

voce humili. ſ. in modum oꝛatōnis legit.
que vocis humiliatio eſt ad ſpirituſſancti
aduentum ⁊ ad eius dignam receptōnem
mentis ꝓparatio. Poſtea v̄o indicans ſe
illum habere legit in modum ꝓfatōnis. a-
gens gratias. quia tam magnus hoſpes
dignatus eſt ad tam humile hoſpitium
deſcendere. ⁊ recolens miracula iam per
aquam facta. Deinde poſt benedictiōem
que fit ꝑ filium. que terminat̄. In nomie
patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. mutat vocē
iterato. Cum enim vſq̧ tūc in modum ꝓ-
fationis cantauerit. poſtea legit in modū
lectionis voce. ſ. hūilioꝛi. q̄ vocis humilia
tio eſt ſignum humilitatis. humilitas eīn
noſtra ꝑ baptiſmi regeneratiōem ad alta
poloꝛum reducitur. Dicit ergo ſacerdos.
Hec nobis ꝓcepta ſ̄uātibus ⁊c̄. quaſi di-
cat. non auderem tantā ⁊ tam altam rem
ſcꝫ ſpūmſanctum vt in creaturā aque de
ſcendat inuocare. niſi quia tu ꝓcepiſti no-
bis baptiſma exercere. Et addit ſacerdos
Tu deus omnipotens clemēs adeſto. tu
benignus aſpira ⁊c̄. vbi illō oꝛat vt ſicut
in ꝓdictis miraculoſe in aqua operat⁹ eſt.
ita modo faciat videlicet vt ꝓter natura-
lem emundationem quam poſſunt aque
abluendis adhibere coꝛpoꝛib⁹ ſint etiam
purificandis mentibus efficaces. Poſt h̄
alta voce clamat ſacerdos. Deſcendat in
hanc plenitudinem fontis virtus ſpūſſan
cti. Ideo alta voce vt altum mentis deſi-
derium deſignet. Et tunc deponit̄ cereus
in aquam. que cerei immerſio eſt ſpūſſan-
cti aduentus ſeu miſſio. qui in aquam ba-
ptiſmi in ſpecie columbe deſcendit. Secū
do ideo cereus in aquā deponit̄. quoniā
coꝛpus xp̄i ꝑ ceram ſignificatum in bapti
ſmo aquas ſanctificauit ⁊ vim regenera-
tiuam illis cōtulit. Tertio baptiſmus ce-
rei remiſſionē peccatoꝛū ſignificat. quam
ꝑ xp̄i moꝛtē ꝯſecuti ſum⁹. Habent q̄ꝫ neo
phici cereos ſuos extictos. q̄ ⁊ ſi pl̄es ſint
ꝓ vno reputant̄. Et in q̄buſdā eccl̄ijs ſta
tim cū cathecumini baptiſati ſunt illumi-
nant̄. In q̄buſdā v̄o differt̄ eoꝝ illumia-
tio vſq̧ ad agn⁹ dei qd̄ cantat̄ in letania.
⁊ in q̄buſdā etiā vſq̧ ad miſſam. qn̄ vide-
licet alij cerei eccl̄e illuminant̄. Hanc ce-
rei qui ſtatim poſt baptiſmum accendun-
tur ſignificant ꝙ ꝑturbatiōem peccatoꝛū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

comitaꝛ illuminatio graꝝ. Qui differunt
vſqꝫ ad agnus dei ſignificāt ꝙ ꝑ agnuꝫ q̄
tollit peccata ⁊ tenebras mūdi renati et fi
deles illuminanꝛ. Qui ꝟo differunt vſqꝫ
ad miſſam. ideo faciūt. qꝛ miſſa illa ad no-
ctem ptinet reſurrectiōis dñice. vt ſic nox
illa irradiata fuit ſplendoꝛe dñice reſurre
ctōnis. ita ⁊ a lumīe nr̄o irradieꝛ. ⁊ vt neo
phicos nr̄os chꝛiſto cōſurrexiſſe ſignifice
mus. Et ꝓpter eandem cauſā aliꝫ cerei ec
cleſie ad miſſaꝫ illuminanꝛ. Et ſm̄ h̄ cerei
cathecuminoꝝ ſunt ſine lumine vſqꝫ duꝫ
aliꝫ cerei eccl'ie illuminenꝛ. ad notanduꝫ ꝙ
poſtq̄ꝫ ſpūſſanctus purgauerit coꝛda eoꝝ
⁊ eos introduxerit in ſocietatē ⁊ vnitateꝫ
eccl'e tunc illuminabit coꝛda eoꝛuꝫ. De ce-
reis etiā neophicoꝝ diceꝛ in ti. de ſeptem
diebus poſt paſca. Poſt immerſionem ce
rei in q̄buſdam eccl'iis ſacerdos inſufflat i
aquam dicens. Totamqꝫ huius aq̄ ſbam
regenerandi fecundet effectu. Pꝛio vt ſic
in exoꝛciſmo cathecumini ſpūs immūdus
inſufflaꝛ vt ab homīe recedat. vt infra di
cetur. itaꝫ ⁊ in exoꝛciſmo aque vt ab ea ex-
pellaꝛ. ⁊ adimpleaꝛ quod dñs inq̄t. Nūc
ꝓnceps mūdi hui⁹ eiicieꝛ foꝛas. Scd̄o vt
intelligat ſathanas q̄ꝫtus habeaꝛ ꝙ taꝫ le
uiter vicꝫ ꝑ ſuauem exufflatiōꝫ pōt expel
ſericordia datū in medio tēpli tui. i. in cō=
muni eccl'ia tua ſcd̄m nomē tuū deus. de⁹
em̄ vbiq₃ noiaꝭ. ſic ꝛ laus tua i fines terre
id eſt vbiq₃. Tēpluꝫ etiā eſt btā virgo in q̄
vere ſuſcepim⁹ dei miſc̄diam. vn̄ circa ei⁹
feſtū rōnabil'r pn̄s cantam⁹ officiū cū ſit tē
plū dn̄i ꝛ ſacrariuꝫ ſp̄ūſcti. Seq̄ꝭ ep'la ad
Ro. viij. c. Debitores ſumus nō carni. vt
ſm̄ carnē viuam⁹ ꝛc̄. i q̄ docemur ꝯculca=
re oēm carnalitatē. ꝛ ad oñdendū q̄ h̓ poſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſum⁹ ſeqt. Nō em̄ accepiſtis ſpm̄ ſeruitutis iterū in timoꝛe. ſed accepiſtis ſpm̄ adoptionis filioꝝ q̄ guſtato deſipit oīs caro. Sȝ qꝛ nō pn̄t h fieri. niſi dn̄s ꝓtegat. iō orat i graduali. Eſto mihi i deū ꝓtectoꝛē. Rurſus qꝛ nō pōt hr̄e h oīa. niſi q̄ gaudet i domino. iō ſeqtur alla. Exultate deo adiutori nr̄o. Gaudiū ei ſpūale excludit oēm carnalitatē. Quia vo q̄dā ſunt caſti ⁊ hūiles ſ ficte. ab his docet caueri i euāgelio mat. vij. c. Attendite a falſis ꝓpheti. q̄ ptēdūt caſtitatē ⁊ ſunt luxurioſi. Vel ꝓpt humanam laudē ſunt caſti. ſicut fatue virgines q̄bus dr. Amē dico vobis neſcio vos. Sȝ dn̄s humiles vere ſaluat. Vn̄ ſeqt offertoriū. Populū humilē ſaluū facies dn̄e ⁊ oculos ſupboꝝ humiliabis. Quia vo per delicias ſpirituales oīa cōculcamus. ideo dr in poſtcōmunione. Guſtate ⁊ videte q̄niam ſuauis eſt dn̄s ⁊c.

De dn̄ica nona.

Poſtmoduȝ ſequit nona dn̄ica. i q̄ legit liber ſapie. Sapia aūt eſt cogitare d celeſtibus. et leuare coꝛ ad illa. vn̄ monet nos ad hoc ⁊ maxime ꝓpter feſtuȝ aſſumptiōis btē vginis qḋ inſtat. qn̄. ſ. aſſūpta eſt in celū. Et qꝛ hō ſe ſup ſe leuare nō poteſt niſi eū dn̄s trahat. ideo dr in introitu. Ecce deus adiuuat me ⁊ dn̄s ſuſceptoꝛ eſt anime mee. i. ſurſum captoꝛ. Sic em̄ itur ad celeſtia. nō paſſibus coꝛpis ſed aſſimulatione mentis ad deum. in quo vitantur omnia mala de quib⁹ ſequitur in epiſtola prima ad Coꝛ. x. c. Non ſimus cōcupiſcētes malorum ⁊c. Poſtea ſequit ibi. Fidelis deus q̄ non patiet vos temptari ſupra id quod poteſtis. ſed faciet cum temptatione ꝓuentum vt poſſitis ſuſtinere. prius tamen timoꝛem incutit dicendo. Qui ſtare ſe putat videat ne cadat. In gduali vo qui ſurſum rapitur reddit gratias deo dicens. Domine dominus noſter q̄ admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra. Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſup celos. ſ. non tantū in chriſto ⁊ beata virgine id eſt ſup celos materiales et ſpūales. verum etiaȝ in ſanctis ſup celos materiales. In euāgelio Luc. xvj. monet vt ſi nō poſſimus p nos volare ad celum faciam⁹ nobis amicos de mām̄ona iniquitatis. id eſt d diuitijs inequaliter poſſeſſis dicēs. Homo quidam habebat villicum ⁊c. Homo iſte ſciuit ſic p prudentiaȝ carnis diſponere q̄ amotus a villicatiōe fuit recept⁹ i domib⁹ domini. ⁊ hoc p iniquitatē fraudis. Si ergo ille laudatur qui p iniq̄tatē fraudis ſciuit ſibi in futurū ꝓuidere. multomagis laudabit dn̄s eos qui dāt elemoſynas quod eſt prudentia ſpūs de qua dicit apoſtol⁹. Eſt vita et pax qꝛ hō ſibi ꝓuidet i futuro. Poſtea ſeqt. Quia filij h⁹ ſeculi prudētioꝛes ſunt filijs lucis in generatiōe ſua id eſt in his que ptinent ad generationem ſuā. i. circa tpalia. Et ego dico vobis facite vobis amicos de mammona iniq̄tatis: vt cum defeceritis. ſ. moriendo. recipient vos in eterna tabernacula. q̄ ſūt ſua. Unde bti paupes ſpū q̄m ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Et qꝛ nō tantū p elemoſynas ſ etiā p orationes volam⁹ ad celeſtia. iō eſt alla. Dn̄e deus ſalutis mee. i die clamaui ⁊ nocte coraȝ te. Quia vo hec tabernacula per opa iuſticia habet. ſeqtur offertoriū. Iuſticie dn̄i recte letificantes coꝛda ⁊c. Quo āt oꝛdine hec fiant oñdit in poſtcommunione. Primū querite regnū dei. Math. vj. ca.

De dominica decima.

In dn̄ica decima legit eccl'iaſticus q̄ incipit. Omnis ſapia a dn̄o do ē. Ubi oñdit q̄ nō ſolū ſapia ſed etiā oīa bona ſt a deo. ⁊ ideo ab eo ſolūmodo ſūt petēda ⁊ ad eū debemus clamare ⁊ ideo incipit introit⁹. Dū clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē meā. ⁊ qꝛ debem⁹ ipm ſolū oꝛare. ſequitur vſus. Exaudi ds oꝛōnē meā. Et oꝛō i q̄buſdā eccleſijs. Pateant aures miſcdie tue dn̄e pcibus ſupplicātiū. In qua collecta patet q̄s rogans dignus ſit exaudiri. Unde ſequit ibi. Et vt petentib⁹ deſiderata concedas fac eos que tibi ſunt placita poſtulare. Et oñdit in epl'a. Scitis q̄m ⁊c. j. Coꝛinth. xij. c. q̄ oīa bona ſunt a deo ⁊ ideo ei ſunt exhibende gratiarū actiōes Vñ enumerat oībus donis dicit. Hec autem oīa opat vnus atq̄ idē ſpūs diuidēs ſingulis ꝓut vult. Sȝ qꝛ bonū cito amittitur qḋ non a largiente cuſtoditur ſicut dicit Greg. iō ſeqtur rñſoꝛium. Cuſtodi me

dñe vt pupillā oculi. Jtē q̄r ad illū ꝯfuge-
re debemus. a quo oīa bona habem' ſeq̄t
all'a. Dñe refugiū fact' es nobis. Jn alijs
eccleſijs dr̄ all'a. Te decet. Euāgeliū vo
qd eſt in quibuſdā eccleſijs. Cū appropin.
Luc. xix. c. eſt de ſymoniacis. q̄ iniuriant
ſpūiſctō. ſ. in hoc q̄ vendūt ea q̄ ipe dat g̃-
tis. vel ad volūtatē ſuā tribuūt. ac ſi ab il-
lis eſſēt illa bona. τ nō a ſpiritu ſancto. Et
nota q̄ h̄ euangeliū in q̄ hierl'm deſtructō
p̄dicať in auguſto legiť. q̄r prius a nabu-
chodonoſoz. poſtmodū a romanis in hoc
mēſe deſtructa fuiſſe inueniť. Jn alijs vo
eccl'ijs legiť. Dixit ih's ad quoſdā. Seq̄ť
offertoriū. Ad te dñe leuaui animā meam
q. d. nō ad ſymoniacos. nō ad p̄latos pra
uos. nō ad quoſdā fatuos τ ſimulatos re-
ligioſos. q̄ faciunt ſe a ſimplicib' adorari.
ſed ad te a quo oīa bona ſunt τ q̄r tūc acce
ptat de' oīa opa noſtra. q̄ñ ſperam' in ip-
ſū. ideo ſeq̄ť poſtcōmunio. Acceptab τc̄.

De dominica vndecima.

Vndecima do-
minica incipit eccl'ia legere iob
q̄ ſil'r eſt liber exemplaris. ſʒ eſt
exemplū pfectionis. i. pfecte ſapie q̄ n̄ ha
betur niſi p p̄dictā refectionē doctrine ſpi
ritualis. nā refectio facit ſpiritualiť fortes
τ ideo poſt libros ſalomonis legiť lib iob
Jn ordine aūt biblie oēs libri exemplares
ſcʒ ruth. iob. thobias. iudith. τ heſter. p̄-
cedūt libros doctrinales ſalomōis pp̄ter
p̄dictā rōnem. de quo etiā diceť ſub dñica
xv. τ q̄r vnanimitas facit fortes τ patien-
tes ſic fuit iob. τ cōcordes ſic fueřt filij iob
q̄ faciebāt ꝯuiuia p domos vnuſq̄ſq̄ʒ i die
ſuo. iō incipit introit'. Deus i loco ſancto
ſuo. i. i hūilib' Jſaias. Sup quē req̄eſcet
ſpūs meus niſi ſup humilē τ q̄etū τ tremē
tem ſmones meos. Et ſi deus eſt cū eis nl'
lus pōt eis p̄ualere. Deus ei habitare fac
vnius moris in domo. i. ꝯcordes τ vnani
mes. quales fueřt filij iob. q̄ dabāt ſibi in-
uicē comedere. Vñ eſt verſus. Exurgat
deus τ diſſipenť inimici ei'. Quia fortitu
do nr̄a nihil valet niſi dñs nobiſcū coope
tur. imo p̄ncipalr opeř. Jn epl'a. Notum
vob facio euāgeliū. q̄ eſt .j. cor. xv. ōndit
b. paul' humilitatē. Vñ ſeq̄t ibi. Qui nō
ſum dign' vocari apl's. Et pp̄ter hāc hu-
militatē rapt' fuit vſq̄ʒ ad tertiū celū. Jn
rñſorio q̄ʒ ſeq̄ť vox humiliū. Jn deo ſpe-
rauit cor meuʒ τ adiut' ſum. τ in xp̄ſu. Ad
te dñe leuaui aīaʒ meā. Et q̄r ex tali ſpe ſe-
quiť exultatio. ideo in q̄buſdā eccleſijs eſt
all'a. Venite exultemus dño. Euāgelium
vo eſt de hūilitate τ eius effectu. Duo ho
mines aſcendebāt τc̄. Luc. xviij. c. Vñ ſe
quiť. Phariſeus dicebat. Dñe nō ſum ſi
cut ceteri hoim τc̄. ecce ſupbia. Seq̄ť. pu
blicanus dicebat. Deus p̄picius eſto mi-
hi peccatori. ecce humilitas. τ iō abijt iſte
iuſtificatus in domū ſuā ab illo. Quia vo
humilitatē ſequiť exaltatio. qui eñ ſe hu-
miliat exaltabiť. ideo ſequiť offertorium.
Exaltabo te dñe q̄m ſuſcepiſti me. i. ſurſū
cepiſti. q. di. Exaltabo te. q̄r exaltaſti me.
Poſtcōmunio eſt Honora dñʒ de tua ſb-
ſtantia τc̄. puer. iij. c. Hoc ad literaʒ facit
humilis. dat eñ libenť paupib' τ h̄ eſt ho
norare dñm. q̄r ipe p̄cipit vt deť pauperi
bus. Vel honora dñm τc̄. i. oīa bona tua
deo attribue. τ hoc ē p̄priū humiliū. Hec
poſtcōmunio ꝯgrue hoc tp̄e caniť. q̄ñ fru
gibus horrea τ vino cellaria plena redun
dant. quibus deuote dñs honorať.

De dñica duodecima.

Duodecia do-
minica eſt de oratione. τ q̄ſi ex-
primitur iob orans τ ſedens in
ſterquilinio ꝯquerendo d̄ falſis amicl Le
gitur eñ iob in duabus dñicis. Job qui-
dem in ſterquilinio moraliter eſt aīa i mor
tali pctō et fetido. in quo dum reſidet non
reſtat niſi orare deū vt ipam ab eo eripiat
Vñ incipit introitus. Deus in adiutoriū
meū intēde dñe ad adiuuādū me feſtia. cō
fundanť τ re. q̄ que. aiam meā. Jn offerto
rio aūt oñdiť efficatia oratiōis. τ totuʒ of-
fertoriū eſt orō moyſi ſumpta de exo. quā
do rogauit p filijs iſrl' q̄ fecerūt vitulū cō-
flatilē. τ incipit. Precatus eſt moyſes i cō
ſpectu dñi dei ſui τc̄. q̄ moyſes ſeipʒ expo
ſuit p ſalute p̄pli dicens dño. Aut dimitte
eis hanc noxam aut dele me τc̄. Et reduc
ad memoriā merita patrū. Memento in-
quit abraam yſaac τ iacob τc̄. τ placat' fa
ctus eſt dñs de malignitate quā dixit face
re pplo ſuo. et ex hoc pbať q̄ ſanctorū me-
rita nobis proſunt. Et nota q̄ in hoc of-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fertorio ſit ꝟboꝝ geminatio. ꝺ q̄ dictū ē ſꝭ
ſcꝺa dñica p⁹ ephām. In epl'a. Fiduciaꝫ
talē habem⁹ ꝑ xp̄m ad deū .ij. ad coꝝ .iij. c
oñdit apl's q̄ oro ſua ⁊ alioꝝ bonoꝝ p̄lato
rū noui teſti maiorē hꝫ efficatiā q̄ꝫ habuit
in veteri teſtō. qꝛ etiā moyſes orauit cū fi-
ducia. ꝯfiſus de meritis patrū. Sed ne vi
deaꝶ h̄ ex arrogātia facere ſubdit. Nō q̄
ſufficiētes ſim⁹ cogitare aliq̄d a nob q̄ſi ex
nobis. ſꝫ ſufficientia nr̄a ex deo eſt cui⁹ mi
niſtri ſum⁹. In euāgelio ꝟo oñdiꝶ q̄ mul
tū valet orō p̄latoꝝ. qꝺ eſt in q̄buſdā eccle
ſijs Cū trāſiret ih̄us ꝑ medios fines deca
poleos adducūt ei ſurdū ⁊ mutū ⁊ ſanauit
eū dñs. Multi ſunt ſurdi q̄ nolūt audire
ꝟbū dei. ⁊ multi muti q̄ nolunt loq̄ ⁊ pn̄t.
ſilr̄ hos dn̄t p̄lati ꝑ p̄dicationē adducere
ad dn̄m in cōfeſſiōe ⁊ orō ſaluabit eos. vn̄
in pſona ſurdi ⁊ muti cantaꝶ in graduali.
Bn̄dicā dn̄m in oī tpe Verſus eſt. In do
mino laudabiꝶ aīa mea In all'a monet ad
hanc laudē. Venite exultem⁹ dn̄o ⁊c̄. De
offertorio ſupra dictū eſt. Poſtcōmunio
ꝟo eſt De fructu opm tuoꝝ ſatiabiꝶ terra
id eſt p̄dicatores quos dn̄s replet pri⁹ bo
nis. ⁊ ipi repleti alios replēt. In alijs ꝟo
eccl'ijs ꝺꝛ euāgeliū. Exiens ih̄s de finibus
tyri. qꝺ eſt marci. vij. c. Pōt autē dici ſꝫm
ſicardū ep̄m cremoñ. i mitrali. q̄ ſalomo-
ne mortuo regnū diuidiꝶ. ⁊ iō menſis ſep-
tembris hiſtoria biptitur Prima pars in
vna hiſtoria cōſolidaꝶ. alia variaꝶ. q̄a re-
gnū iuda in dauid familia ſtabiliꝶ. ſed re-
gnū iſrl'a plurimis occupaꝶ. Vn̄ ⁊ hiſto-
ria ꝺ his iuſtiſq̄ gentib⁹ intermixti fuerāt
compilaꝶ. vt de Iob Thobia. Judith. et
Heſter. cū i p̄ma ſeptēbris hebdomada le
gaꝶ Iob. quē ipe ſcripſit. cū rn̄ſorio. ſi bo
na. in ſcꝺa liber thobie. quē ipe cōpoſuit.
In tertia Judith quē achior edidit. in q̄r
ta heſter quē mardoche⁹ vl' poti⁹ heſdras
cōpoſuit Sed ⁊ liber heſdre p⁹ h̄ opa reci
taꝶ. Et cū his cantanꝶ rn̄ſoria. Peto ado
nay. dñe. His tpib⁹ ꝓphetauit helyas q̄
geſſit typū xp̄i. Hic mortuo ꝯſtantino ec-
cleſia ſepaꝶ. vna ps eſt catholica. alia per
ml'ta ſciſmata ſepata. a quibus catholica
eccleſia multa aduerſa ꝓ dño tolerauit. ſi-
cut illi quoꝝ opa hoc tpe leguñꝶ. Inꝶ ca-
tholicos q̄dā ſunt pfecti. q̄dam impfecti.
Perfecti ſunt p̄dicatores ydonei miniſtri
⁊ coopatores dei qꝺ ꝺꝛ in epl'a. Fiduciam.
Hi adducūt impfectos ⁊ alienos. ſurdos
⁊ mutos ad gl'iam ih̄u xp̄i. ſicut legitur in
euangelio. Vox itaq̄ pfectoꝝ eſt in intro
itu. Deus in adiutoriū meū intende. q̄ ad
iutoriū dei implorant. vt hereticis valeāt
reſiſtere. ⁊ eos ad dei grām adducer̄. Aut
eſt vox impfectoꝝ ꝓficientiū q̄ vt ꝓficiāt
dei implorāt auxiliū. In graduali. Bn̄di
cā ⁊ in alleluia. Dñe refugiū. vox ſiquidē
eſt pfectoꝝ grās agentiū ꝺ illis ſe a pſecu-
tione aliquotiens tpantib⁹. ⁊ iſtis ꝓficien
tibus. Et qꝛ moyſes fuit vn⁹ coꝝ q̄ ſe ob-
tulerūt ꝓ pctis ſubditoꝝ. ideo in offerto-
rio cantaꝶ. Precatus eſt moyſes. Hi pfe-
cti ſunt illa terra q̄ ſatiata fructu opm dñi
donis vicꝫ ſpū ſancti ꝓducit fenū iumen
tis. i. doctrinā hoibus Vn̄ cōmunio eſt. ꝺ
fructu ⁊c̄. At attende q̄ recte ꝺ iob ⁊ moy
ſe ſil' cantaꝶ. qm̄ cōtemporanei repiuntur
ꝑ quoꝝ exemplū ad patientiā ⁊ māſuetu-
dinem inuitamur.

De dominica tredecima.

In tredecima

dñica legiꝶ liber thobie ꝑ quē ſi
guraꝶ genus humanū cecuꝫ fa
ctū ꝑ peccatū p̄mi parentis qꝺ non potuit
ſanari niſi amaritudine paſſionis q̄ ꝑ fel ſi
gnificata eſt. xp̄s ꝟo ꝑ piſcē. qꝛ piſcis aſſ⁹
eſt xp̄s paſſus. Cecū q̄deꝫ erat genus hu
manū. qꝛ habitantibus in regione vmbre
mortis lux orta eſt eis. Petit ḡ vt veniat
dñs ſicut ꝓmiſit. Dñica em̄ iſta eſt de pro
miſſionibus. Vn̄ dicit in introitu. Reſpi-
ce dñe in teſtm̄ tuū. i. in ꝓmiſſionē tuā. vt
ſicut ꝓmiſiſti veniat filius tuus. Et hoc ē
quod ſequiꝶ. Et aīas paupm tuoꝝ ne ob-
liuiſcaris in finē. ⁊ hoc eſt quod dixit thobi
as filio ſuo. Memento fili qm̄ pauperem
vitā gerim⁹. habebis multa bona ſi timue
ris deū. Unde ſeq̄tur oratio. Omnipotēs
ſempiterne deus de cui⁹ munere venit ⁊c̄.
et rogat vt poſſit currere eccleſia ad veras
ꝓmiſſiones Epl'a eſt. Abrae facte ſunt ꝓ-
miſſiones ⁊ ſemini eius ⁊c̄. Gal. iij. c. vbi
agiꝶ de ꝓmiſſiōib⁹ ⁊ ſequiꝶ ibi. Quid igi
tur lex. dicit apl's. ſi nō pōt ſanare gen⁹ hu
manum cecū ſicut thobiā. Et ſequiꝶ rſpō
ſio. Lex quidē ꝓpter tranſgreſſores poſi-
ta eſt ſuple ſic̄ pedagog⁹. Seq̄ꝶ rn̄ſorium

Reſpice dn̄e in teſtm̄ tuū. vbi oñdit vehe
mens effectus oratiōis. In alleluia. Om̄
deus magnus ⁊c. oñdit quis ē q̄ pōt illu
minare. In euangelio oſtendit ꝙ lex non
poteſt ſanare. ⁊ incipit in quibuſdā eccle
ſijs. Beati oculi q̄ vident q̄ vos videtis. mlti
ꝓphete ⁊ reges vo. vi. ⁊c. luce. x. c. vbi
habet ꝙ ſacerdos ⁊ leuita ꝑtranſierūt ho
minē q̄ incidit in latrones. Sacerdos in
quā ⁊ leuita veteris teſti. ſed ſolus ſama
ritanus. i. xp̄s qui eſt cuſtos noſter ipſum
ſanauit Et q2 lex nō ſanat. qm̄ neminē ad
ꝑfectionē ducit. ſed ſolus deus in q̄ ſperā
dum eſt. ideo ſequit offertoriū. In te dn̄e
ſperaui. Quō aūt ſanauit illi cecū patz. q2
ꝑ panē angeloꝝ q̄ factus eſt panis homi
num. i. ꝑ filiū dei incarnatū. ⁊ ideo ſequit
in poſtcōmunione. Panem angeloꝝ man
ducauit homo. Alie ecclie dicūt. Panem
de celo ⁊c. Sap. xvi. c.

De dominica decimaquarta.

Dn̄ica deci
maquarta legit liber Iudith ⁊
cantat quō victoria data eſt in
manu femine. ⁊ monet nos eccl'a ad ſancti
moniā ſiue ad ꝯtinentiā exemplo Iudith
Sicut em̄ iudith interfecit olofernē q̄ inter
pretatur eneruans vitulū ſaginatū. ſic mo
net eccleſia vt interficiam⁹ olofernē. i. dy
abolū qui eneruat ⁊ interfecit laſciuos mū
di. quod ſit ꝑ ſanctimoniā abſcindendo ei
caput. Nam caput dyaboli eſt luxuria. q2
quaſi primo de ea incipit hoīes temptare
⁊ iō dn̄s dicit. in luca. Sint lumbi veſtri
precincti. hoc eſt ꝑcingatis vos cōtra pri
mum vicium. Exodi. xij. In ſcōmeſtiōe ag
ni renes veſtros accingetis Alio tm̄ modo
ſupbia eſt initiū omnis peccati Quia vo
fragiles ſumus ⁊ effeminati. vn̄ interfice
re nō poſſumus olofernem niſi adiutorio
dei. ideo dicit in introitu. Protector noſter
aſpice deus. ⁊ reſpice in faciē xp̄i tui. Se
quitur in quibuſdā eccleſijs ep'la ad gal.
v. c. Spiritu ambulate. ⁊ deſideria carnis
vt ꝑficietis. Caro em̄ concupiſcit aduerſ⁹
ſpiritū. et ſpiritus aduerſus carnē. Et ſe
quit. Manifeſta aūt ſunt opa carnis. Et
nominat ea. Item alibi dicit Si contendi
tis nonne carnales eſtis. hoc dicit q2 cōtē
dimus de carnalibus. Et poſt. Fruct⁹ au
tem ſpiritus ſunt longanimitas pax. pati
entia ⁊c. Deuincere igit olofernē in nobis
eſt facē iſta duo. Per hec quoqꝫ vicia inter
ficimus in nobis. ꝙ guſtamus ſpiritū ſan
ctū. quo guſtato deſipit omnis caro. Sed
q2 nō pōt ſanari in nobis carnalitas niſi a
dn̄o. q2 eſt ſicut lepra. ideo in quibuſdā ec
cleſijs ſequit euāgeliū. Dū iret ihesus lu
ce. xvij. c. de leproſis q̄ venerūt ad dn̄m. ⁊
dixit eis. Ite oñdite vos ſacerdotibus. ip
ſis tm̄ pri⁹ ſanatis Per qd̄ ſignificat ꝙ pri
us peccator a dn̄o ſanat. ⁊ poſtea iniungi
tur ei pn̄ia a ſacerdote ⁊ abſoluit. qd̄ ſigni
ficatū eſt ꝑ hoc ꝙ diſcipuli dn̄i inſtitas la
zari ſoluerūt. ⁊ tm̄ prius erat ipē reſuſcita
tus a dn̄o. Redijt aūt vn⁹ ad eū flexis ge
nib⁹ gratias agens. ꝑ qd̄ ſignificat ꝙ vni
tas eccleſie reddit grās deo. Vn̄ vn⁹ ſana
bat in piſcina Ioh. v. Et ideo in reſpōſo
rio in gratiarūactiones dicit eccleſia. Bo
nū eſt confiteri dn̄o. Et etiā in all'a. qd̄ eſt i
quibuſdā eccleſijs. Confitemini dn̄o ⁊ in
uocate nomen eius. ⁊ q2 hoc non ſuffic ni
ſi ⁊ dn̄s nos cuſtodiat ideo ſequit in offer
torio. Immittit angelus dn̄i in circūitu ti
mentiū eū. q2 cuſtodit nos dn̄s ꝑ angelos
Sequit guſtate ⁊ videte. Quid āt guſta
re debem⁹ oſtenditur in poſtcōmunione.
ſcz panē qui ſaginat animam non corpus
Vn̄ eſt offertoriū in quibuſdam eccleſijs.
Panis quem ego dedero caro mea eſt ꝓ
ſeculi vita.

De dominica quindecima.

Dominica quī
decima hꝫ eandē intentionē cū
ꝑcedenti. ⁊ iō in q̄buſdā ecclijs
i his duab⁹ dn̄icis legit liber iudith. ⁊ itro
itus eſt. Inclina au. tu. do. Verſus ē. Le
tifica aīam ſerui tui. qm̄ ad te leuaui animā
meā. q. d. nō ad carnalia deſideria In epi
ſtola q̄ ē ad gal. vi. c. monet nos vt nō ſim⁹
vitul⁹ ſaginat⁹ ſ; ſim⁹ ſpūales. Vn̄ dic ibi
paulus. Si ſpū viuim⁹ ſpū ⁊ ambulem⁹. q̄a
q̄ ſeminat in ſpū de ſpū metet vitā eternā
q̄ vero in carne d carne metet corruptōnē
Sequit reſponſoriū. Bonum eſt confide
re in dn̄o. q̄ꝫ confidere in homine q̄ dat vi
ctoriam in manu femine qn̄ facit hominē
vincere in carne. Et q2 h̄ facit. q̄ preparat
cor ſuū ad ſeruiendū deo. Seqt all'a. Pa
li

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ratũ cor meũ ds ꝛc̃. In euangelio. Nemo
põt duob⁹ dñis ſuire. qđ eſt math. vj. ca.
docemur ne ſuiam⁹ vẽtri. Et poſt. Noli=
te eſſe ſoliciti dicẽtes. Quid mãducabim⁹
aut q̃d bibem⁹ ꝛc̃. Sꝫ pͥmũ querite regnũ
dei ꝛc̃. Nolite ſoliciti eſſe. ſ. ſolicitudie ſuf
focatiõis. ſolicitudine aut ꝓuidẽtie ſolici=
ti eſſe debetis. In offertorio ꝟo monemur
vt ſuiam⁹ dño nõ ventri. Expectãs expe
ctaui dñm vt reficeret me. Quis aũt ſit il=
le cibus quo dꝫ anima refici. oñdiẗ in poſt
cõmunione que eſt in quibuſdã eccleſijs.
Qui manducat meã carnẽ ꝑ fidẽ. ſ. Nã vt
dicit Aug⁹. Crede ꝛ manducaſti ꝛc̃. Que
ritur aũt quare eccl'ia poſt libros ſalomo=
nis legit librũ Job. ꝛ poſtea librũ thobie.
ꝛ iudith. cũ alio mõ ordinenẗ i biblia. Si=
cut em̃ dictũ eſt ſub ſeptima dñica p̄cedũt
libri exemplares. ꝛ poſtea doctrinales. qꝛ
magis mouẽt facta q̃ꝫ dicta. ꝛ ad vltimuꝫ
ponũẗ libri machabeoꝝ. q̃ ſunt libri exem
plares Ad qđ dicimus ꝙ ꝑ doctrinã ꝑue
niẗ ad ꝑ̄fectionẽ patientie q̃ magis fuit in
Job. Et inde poſtea ſequiẗ thobias. qꝛ et
magnũ patientie ſignũ fuit in thobia. qui
amiſit multa. ꝛ filium ad tp̄us. ꝛ oculos q̃
maxime ab hoie diliguntẗ. ex eo ꝙ ocl'i ſũt
p̄ncipiũ cognitõnis ad quã nat⁹ eſt homo
Et qꝛ etiã plus valet exẽplũ femine. ꝛ ma
gis erubeſcentiã incutit. ideo liber iudith
in quo habeẗ de victoria in manu femine
poſt p̄dictos ab eccl'ia ordinaẗ. Ultio ꝟo
libri machabeorũ leguntẗ. quia ibi habeẗ
exemplũ de cõfirmatiõe iuſticie. Macha
bei em̃ paſſi ſunt martyriũ ꝓ lege defendẽ
da ꝛ cuſtodiẽda ab antiocho fidei inimico

De dñica decimaſexta.

In decimaſex=
ta dñica legit ꝛ cantat eccl'ia de
machabeis. vt diceẗ in ſequẽti
ti. q̃ multa paſſi ſunt ab antiocho ꝛ ſepteꝫ
ꝑl'is. Et ibi habeẗ ꝙ templũ qđ pollutuꝫ
fuerat ab illis populis. ab iſti machabeis
purificatũ fuit. ꝛ ꝑ h̄ ſignificaẗ ꝙ aia q̃ tẽ=
plum dei eſt. polluta a ſeptẽ capitalib⁹ vi
cijs nõ põt mundari niſi purificeẗ a pecca
to. qđ eſt eã reſuſcitare de morte pc̃i. Uñ
habeẗ in euãgelio de reſuſcitatione filij vi
due. Et ideo incipit introitus. Miſerere
mei dñe. ſ. vt reſuſcites me. Uerſus ẽ. In
clina dñe aurẽ tuã. In epl'a ꝟo apl's inui=
tat nos ad patientiã dicens. Obſecro vos
ne deficiatis in tribulatõnib⁹ ꝛc̃. que ẽ ad
Eph. iij. ca. Sic em̃ vincunẗ inimici a ma
chabeis. i. a ſanctis. Seq̃ẗ graduale. Ti=
mebunt gentes. qꝛ ſicut poſt q̃ꝫ illi vicerũt
inimicos ſuos ꝛ mundauerunt tẽplũ ꝛ re
edificauerẗ timuerũt gẽtes i circũitu. ſic ꝛ
poſt q̃ꝫ hõ vicerit dyabolũ. ꝛ mũdauit ſe ꝑ
cõfeſſionẽ ꝛ reedificauerit templũ dei i ſe.
timent demones. Uñ ſequiẗ verſus. Qm̃
edificauit dñs ſyon. Sed qꝛ nõ põt fieri ni
ſi a dño ꝙ hõ libereẗ a vicijs. ideo ſequiẗ
all'a. Redemptionẽ miſit dñs ꝑpl'o ſuo ꝛc̃.
Euãgeliũ eſt in quibuſdã eccleſijs. Ibat
ih̃s in ciuitatem que vocaẗ Naym ꝛc̃. lu.
vij. c. Et poſt. Acceſſit ih̃s ꝛ tetigit loculũ
ꝛ dixit. Adoleſcens tibi dico ſurge et ſur=
rexit. ꝛ dedit illũ matri ſue Nempe tangit
dñs loculum vbi erat mortu⁹. qñ infirmi=
tate vel aliquo flagello tangit corpus ho=
minis. in quo iacet mortuus ſpirit⁹ homi
nis. i. anima. et ſic excitatur a ſomno mor
tis. Unde Eccl'i. xxxj. Infirmitas g̃uis ſo
briam reddit animã. Sequiẗ offertorium
quaſi in voce machabeoꝝ. Dñe in auxili=
um meũ reſpice. Sequiẗ poſtcommunio.
Dñe memorabor iuſticie tue ſolius Iuſti=
cie inquã. qꝛ ois qui venit ad te nõ eijcieẗ
foras. Põt ꝛ aliter dici ꝙ ioſia defuncto
hierl'm deſtruiẗ. ꝑpl's captiuaẗ ꝛ ꝑ̄miẗ. iõ
q̃ꝫ in hoc menſe octobri machabeoꝝ hiſto
ria legiẗ. ꝛ cantaẗ. Adaperiat ꝛc̃. qꝛ a ſuis
aduerſarijs admodũ ꝑ̄mebanẗ. quoꝝ pri
mam ꝑtem ſymon pontifex edidit. aliã fili
us eius Johẽs poſteriorẽ quidã iude⁹ ag
greſti ẽ erudit⁹. Hi captiui militantẽ deſi=
gnãt eccl'iaꝫ. i q̃ ſunt duces et ſatellites do
ctores ꝛ diſcipuli. ꝑfecti et imꝑfecti. Do=
ctores vidua ſignificat euangelica. que vi
dua eſt. qꝛ militans cum ſponſo triũphan
ti non eſt. cuius filius moriẗ cum diſcipu=
li ꝓ quouis crimie ab eccleſie corꝑe ſepan
tur. reſuſcitanẗ cũ illis gr̃a infundiẗ. Hec
igiẗ orat in euangelio ꝓ filij reſuſcitatione
id eſt gr̃e infuſione. ꝛ hortaẗ in epl'a ne de
ficiãt in tribulationibus. ꝛ hui⁹ rei gratia
flectit genua ſua. Hec eadẽ orat i introitu
Miſerere. Et i offertorio. Dñe. Gradua
le reſpicit ad id qđ in euãgelio dꝛ Accepit
aũt omnes timoꝛ. Poſtcõmunio. Domie

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

memorabor. gratiarũ eſt actio. Uel h᷑ mẽ-
ſis octobris vt quidã aiunt deſignat octa
uam. Sicut ꝗ iudei finitis p̃lijs. ⁊ tẽplo re
ſtaurato in hymnis ⁊ ꝯfeſſionibꝰ dño bñ-
dicebãt. ſic in octaua magne feſtiuitatꝭ ſci
feſtiuius exultabunt.

De dñica decimaſeptima.

IN dñica deci-
maſeptima agit̃ ꝺ nuptijs eter-
nis. q꞉ cõſideratione nuptiarũ
illaꝝ libent̃ patimur tribulatões. ſic̃ ⁊ ma
chabei fecerũt. Sunt aũt q̃tuor dñice in q̃
bus agit eccl'ia de machabeis. Conſidera
tio em̃ illa tribulatiões leues facit. ⁊ ꝓpt̃
illas nuptias pena quelibꝫ leuiter ſuſtine-
tur. De his nuptijs dr̃ in euãgelio qꝺ hac
die in quibuſdã eccleſijs legit̃. Cũ inuita-
tus fueris ad nuptias recũbe i nouiſſimo
loco ⁊c̃. Omnes inuitati ſumus ad nupti
as eternas. ⁊ ſi in nouiſſimo loco nos po-
nimus hic vt ſimꝰ humiles. exaltabimur
in paradiſo ⁊ ecõtra. Uñ ſtati ſubiungit̃.
Ego aũt dico vobis q꞉ oĩs q̃ ſe exaltat hu
miliabit̃. ⁊ q̃ ſe humiliat exaltabit̃ ⁊c̃. Uñ
incipit introitus. Juſtus es dñe. ſ. in h᷑ iu
dicio. ⁊ rectũ iudiciũ tuũ. Huic em̃ iudicõ
ꝯcordat eccl'ia ſeu ꝯſentit q̃ deꝰ exaltat hu
miles ⁊ ſupbos deꝑmit dicens. Juſtꝰ es
dñe ⁊c̃. In ep'la. Obſecro. vos que eſt. ad
eph. iiij. c. inuitat nos ad humilitatẽ vt di
catur nob. Amice aſcẽde ſupius. Ubi dr̃
vt digne. i. i humilitate ambuletis vocati
one q̃ vocati eſtis. ſ. ad nuptias. Hoc ẽ em̃
nouiſſimũ locũ tenere. Ad hoc idẽ monet
in graduali. Beata gens cuiꝰ eſt dñs deꝰ
eoꝝ. Supbi faciũt ſe dños. humiliũ vero
deus eſt dñs. Uñ verſus eſt. Uerbo dñi
celi. i. humiles. firmati. i. magnificati ſunt
Debemus ꝗ eſſe humiles. q꞉ nihil habe-
mus niſi a deo. ⁊ iõ ſeq̃t̃ in quibuſdam ec
cleſijs all'a. Qui timet deũ ſperet i eũ. q. d
nõ i ſe. Poſtea ſeq̃t̃ euãgeliũ ꝺ nuptijs ſi-
cut dictũ eſt. In alijs ỽo eccl'ijs legit̃. Cũ
intraret ih̃s i domũ. Luc̃. xiiij. c. Notãdũ
aũt ꝙ añq̃ in ĩpo euãgelio dicat̃ ꝺ nupti-
is. hr̃ quõ ſanauit ydropicũ. ꝑ quẽ intelli-
git̃ omnis amator mũdi. Prius em̃ optet
ꝙ ſitis mũdi ſatiet̃. q꞉ q̃ biberit ex hac aq̃
ſitiet iteꝝ. Joh. iiij. q̃diu em̃ hõ erit ydro
picus. i illis nuptijs nõ poterit ſatiari. In
offertorio ſiĩr inuitamur ad humilitatem.
Uñ ibi habet̃ oratio daniel̃. Oraui deum
meũ ⁊c̃. Daniel̃. ix. c. Et ꝓpter hãc humi
litatẽ meruit audire archãgelũ q̃ certifica
uit eũ ꝺ incarnatõe xp̃i. Satis aũt cõgrue
fit ibi mentio de angelo qm̃ h᷑ officiũ circa
dedicationẽ bt̃i michaelis cantat̃. In pꝰ-
cõmunione hr̃ de humilibꝰ ⁊ ſuperb. Uo
uete ⁊ reddite dño deo veſtro om̃s qui in
circũitu eius affertꝭ munera. i. humiles q̃
attribuitꝭ omnia bona deo terribili ⁊ ei q̃
aufert ſpm̃ ꝑncipũ. i. ſupbiã eoꝝ. Ecce q꞉
ſupbos humiliat.

De quarta feria quatuor temporũ.

IN quarta fe-
ria legit̃ euãgeliũ. Rñdẽs vnꝰ
ꝺ turba. Math. ix. c. ꝺ ſurdo ⁊
muto. quẽ ap'li curare nõ poterãt. eo ꝙ il
lud genus demonij nõ eijcit̃ niſi in oratõe
⁊ ieiunio. qꝺ bñ huic diei ꝯueit. hodie nã
q̃ ieiuniũ eſt quatuor tempoꝝ. Ideo due
lectiones legunt̃ vt ordinandi in duobus
preceptis charitatis. vel duabus legibus
inſtruant̃. Prima ꝺ calcatore vue. ſ. Ecce
dies. amos. ix. in fine tp̃i ꝯuenit. Secũda
vicꝫ. Cõgregatus. Neemie. viij. c. ꝯgruit
ordinandis. q̃bus dr̃ in introitu. Exulta-
te deo. q̃ meditari ꝓmittunt in offertorio.
Meditabor. Cõmunio eſt. Comedite pi
guia. ⁊ ſumitur delectiõe ſcꝺa.

De ſexta feria.

FEriae ſexte offi-
ciũ pniam exprimit ordinando
rũ. Uñ in euãgelio Factũ ẽ pec
cata paſſitico dimittunt̃. ⁊ in lectione. Cõ-
uertere. Oſee vi. c. ad cõuerſatõnẽ iſtruũ-
tur. ⁊ in introitu Letet̃. ad querendũ do-
minum inuitant̃. Graduale ⁊ poſtcõmu-
nio ſunt orationes electoꝝ. offerenda con
ſolatio eorundem. In alijs tamen eccleſijs
dr̃ euãgeliũ. Rogabat ih̃m. Luc̃. vij. ca.

De ſabbato quatuor tempoꝝ.

SAbbati quo-
q̃ officiũ ad doctrinam ipſorũ
ordinandorũ fit ne ſint ſteriles
vt fici arbor infructuoſa. de qua loquitur
euangelium. Arborẽ fici ⁊c̃ Luc̃. xiij. c. ne
vita illoꝝ ſit terrenis implicata. ſicut mu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lier incuruata. In epl'a vo. Tabernaculū
factū eſt ⁊c̄. que eſt ad heb. ix. c. vbi ꝺ pri-
mo ⁊ ſcꝺo agit̄ tabernaculo. monent̄ vt ſic
ſeruiant in tabernaculis eccleſie militant̄
vt dn̄o ꝑſentent̄ in tabernaculo triūphan
tis. In lectionib⁹ vo quaſi hoc ſeptēbris
ieiuniū indicit̄ cā̄ inſtitutiōis ⁊ eius vtili-
tas intimat̄. quarū prima eſt Decimo die
Leui. xxiij. c. Scꝺa eſt. Quintodecio die
que eſt ibidē. Tertia eſt. Dn̄e deus noſt̄.
Michee vl. c. Quarta eſt. Factū eſt vbū
Zacharie. viij. c. Quinta eſt. Angel⁹ dn̄i.
Daniel. iij. c. Cetera ſunt ordinandoꝝ ex-
hortationes orōnes ⁊ ꝯſolatiōes. Cōmu-
nio. ſ. Menſe ſeptimo. ꝺ leuitici lectōe ſu
mitur. Merito aūt in hoc menſe fit cleri-
coꝝ ordinatio qm̄ in hoc menſe fiebat tab
naculoꝝ celebratio. Ordinati vo ſunt ec-
cleſie miniſtri in dei tabernaculo per ſepti
formem grām in ſeptem gradibus cōſtitu-
ti. Vn̄ ⁊ beatus petrus legit̄ ordinationē
feciſſe in ſeptēbri ſex epoꝝ. x. pſbyteroꝝ ⁊
⁊ ſeptē dyaconoꝝ. Et celebrat̄ ordinatio i
tertia hebdomada q2 in tp̄e tertō. ſ. grē fu
it ab apl'is inſtituta. Olim tn̄ alia rō fuit a
ſapientibus aſſignata. Nam olim inſtitu-
ta fuere ieiunia in prima hebdomada mar
cij. in ſcꝺa iunij. in tertia ſeptēbris. i quar
ta decembris vt comitarent̄ initia teſſere-
decadis ieſu xp̄i. Cū em̄ quis ordinat̄ qꝺ
ammodo vt xp̄o attineat generat̄ Prima
ġ pſona prime teſſeredecadis eſt abraaz a
ꝗ ſumit̄ ordiatio p̄me hebdomade marcij
Prima pſona ſcꝺe teſſeredecadis eſt ꝺꝺ a
quo ſumit̄ ordinatio ſcꝺe ſeptimane iunij
Initiū tertie eſt ieconias a quo ſumit̄ or-
dinatio tertie ſeptimane ſeptembris. De-
mū eſt xp̄s in quarto loco a quo ſumit̄ or
dinatio q̄rte ſeptimane decēbris. Sumū-
tur aūt potius ab his pſonis ꝙ̄ ab alijs or
dinatōes vel q2 fuerunt in genealogia ma
iores vel ꝓpter nominuz interp̄tationes.
Dicit̄ em̄ abraam pater multarū gentiuz
dauid fortis. ieconias p̄paratio dn̄i. Sic
et illi qui ordinant̄ debent eſſe patres for
tes. p̄parati ad euangelium ih̄u xp̄i. Vel
ſicut a pſona in pſonā ſunt quatuordecim
generationes. ſic ab ordinatiōe in ordina-
tionē ſeptimane quatuordecim inueniun-
tur vt ordinandi periti ſint ⁊ in decalogi ⁊
in euangelij diſciplina Nūc aūt ieiunia ex
cauſis p̄miſſis aliter ordinant̄. vt dictum
eſt ſub quarta feria tertie hebdomade ad-
uentus. Et memēto ꝗ apoſtolici vſq3 ad
ſimpliciū papam in decembri ſp̄ ordies ce
lebrabant. vt ordinandos coaptarent ge-
nerationi ieſu xp̄i. Simplici⁹ vo addidit
ordines in februario tribuendos vt ordi-
nandos vicinius incorporaret corp̄i ieſu
xp̄i. vide ꝺ hoc in ꝓhemio. ij. ꝑtis. Sed ſi
vt p̄miſſum eſt ieiunia ꝯſtituta ſunt in pre
dictis ſeptimanis ꝓ his qui ad ordinatio
nem accedūt. nunꝗd cōmutari pn̄t quādo
nullus tunc ordinat̄. certe nō niſi neceſſita
te vrgente. de qua in ꝓhemio ſcꝺe ꝑtis di
ctum eſt. Cum em̄ ſit vna eccleſia omnino
debet in actionibus eius eſſe concordia q̄
nō eſſet ſi in tam generali ieiunio alij pran
derent. alij ieiunarent. Preterea licet ali-
cubi non fiat ordinatio fit tn̄ alibi ꝓ quib⁹
ieiunare ⁊ orare debemus vt digni ad or-
dinationē ꝑueniant Omnes em̄ fratres ⁊
vnanimes in domo dn̄i ſumus.

De dn̄ica decimaoctaua.

Dictū eſt i pre-
cedenti dn̄ica ꝙ d3 homo ſe po
nere in nouiſſimo loco. vt pona
tur in primo. ſicut ſūt p̄lati. Vn̄ in hac de
cimaoctaua dn̄ica agitur de p̄latis q̄ ſunt
in p̄mo loco. Vn̄ euāgeliū eſt i quibuſdaz
eccleſijs. Sup cathedrā moyſi ⁊c̄. Introi
tus vo q̄ ſumit̄. Eccl'i. xxxvj. c. incipit Da
pacem dn̄e ſuſtinētib⁹ te vt prophete tui.
id eſt p̄lati fideles inueniant̄. ſupplendum
eſt. non infideles ſicut ſcribe ⁊ phariſei. ver
ſus eſt Letatus ſum in his que dicta ſunt
mihi in domū dn̄i ibimus. i. ibimus ad nu
ptias. ⁊ de h̊ letat⁹ ſū. q2 inuitati ſum⁹ ad
nuptias i q̄b⁹ erit eterna pax. In alijs vo
eccleſijs verſus eſt. Bonuz eſt. Preterea
ſcripſerunt quidā ꝙ ideo dr̄ ip̄e introitus
q2 tali die Zacharias papa fecit pacē cum
longobardis. In epl'a apl'us agit gr̄as de
epheſijs q2 habent fidē veram de iſtis nu-
ptijs dicens. Gratias ago ſemp deo meo
ꝓ vobis ⁊c̄. p̄ma ad Coꝝ. j. c. In reſpōſo-
rio vo. Letatus ſum ⁊c̄. oſtendit gaudiū
de predictis nuptijs. ⁊ iꝺo ꝓpter p̄dictas
nuptias in alleluia Laudate dn̄m omnes
gentes. hortatur ad laudem. Euangeliuz
in quibuſdā eccleſijs. Acceſſerunt ad hie-

ſum. qđ eſt Math. xxij. ca. eſt de ſcribis ⁊ phariſeis q̄ infideles fuerũt. Vñ tẽptauerunt dñm dicentes. Quod eſt mandatuʒ magnuʒ in lege. Dixit dñs. Diliges dñm deũ tuũ ⁊c̄. Et poſtea rep̄hendit eos đ infidelitate. q2 nõ credebant ip̄m deũ eſſe dicens. Quid vobis videᷓ de xp̄o cuiꝰ filiꝰ ſit. Dicunt ei. Dauid. Et dixit eis. Quomodo ḡ dauid in ſpiritu vocat eũ dñm dicens. Dixit dñs dño meo ſe. a dex. meis. Prelati nõ debent eſſe tales. ſ. infideles. ſꝫ ſicut Moyſes de quo habeᷓ in offertorio Sanctificauit moyſes altare dño ⁊c̄. dñt prelati offerre ſe totos i incẽſum ⁊ poſtea i multas hoſtias. Vñ ſe quiᷓ poſtcõmunio Tollite hoſtias. loquiᷓ eũ de prelatis.

De dñica decimanona.

Hec decimanona dñica rñdet p̄cedenti in q̄ dictũ eſt. Da pacẽ dñe ſuſtinentibus te vt ꝓphete tui. i. p̄lati fideles iueniantur. Rñdet inquã ſi faciãt qđ hr̄ in euãgelio qđ legiᷓ in hac dñica in quibuſdã eccleſijs. ſ. Aſcendẽs ih̄s ⁊c̄. qđ eſt math. ix c. In quo habeᷓ ꝙ adduxerũt ad dñm paliticũ. Ih̄s aũt vidẽs fidem illoꝝ q̄ offerebant ⁊c̄. palitici ſunt q̄ i delicijs carnis ſũt qui ita diſſoluti ſũt ꝙ nõ pñt opa bona facere ⁊ merito fidei p̄latoꝝ ſananᷓ ⁊ idõ bonũ eſt hr̄e bonos p̄latos. Quidã aũt đſcribis dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat q̄s eſt q̄ pctã dimittit. Jeſus aũt videns cogitatões eoꝝ dixit. vt ſciatis ꝙ filius hois hꝫ ptãtem in terra dimittẽdi pctã dixit paralitico. Tolle grabatũ tuũ ⁊ ambula. Et q2 ſolus deus eſt q̄ ſanat paliſim. ideo incipit introitus. Salus populi ego ſum ⁊c̄ Verſus eſt. Attende popule meus legem meã. ſubaudi p quã ſananᷓ paralitici. In ep̄la monet ap̄ls paraliticos vt erigantur corporaliter a paraliſi ad bona opa dicẽs Renouamini ſpũ mentis veſtre ⁊ induite nouũ hoiem ⁊c̄. Eph. iiij. c. Sequiᷓ etiaʒ graduale in voce paralitici. Dirigaᷓ oro mea ſicut incenſum ⁊c̄. Verſus eſt. Eleuatio manuũ meaꝝ ⁊c̄. iã iſte leuaᷓ ad bona opa. All'a ꝟo đ2 i voce paralitici ſanati. ſ. Dextera dñi fecit virtutẽ ſubaudi q2 ſanauit me. Sed q2 nõ ſufficit ſanare niſi dominus cuſtodiat ſequiᷓ offertoriũ. Si ambulauero in medio tribulationis ⁊c̄. vbicunq3 em̄ ambulant ſanati a dño cuſtodit eos quantũ in ſe eſt.

De dñica viceſima.

In dñica viceſima incipit eccl'ia legere. xij. ꝓphetas ⁊ danielem. ⁊ cantat de Eſaia daniele ⁊ hieremia. non tñ legit de Eſaia et Hieremia. q2 in alijs tpibꝰ pleniꝰ leguntᷓ. De eſaia em̄ legiᷓ in aduentu. de Hieremia in paſſione. Queriᷓ aũt q̄re legit eccl'ia ꝓphetas poſt librũ machabeoꝝ cũ in biblia p̄ponanᷓ. Ad qđ dicimus qđ biblia p̄ponit oms̄ libros exemplares. eo ꝙ magis mouẽt exempla q̄ȝ doctrina preter librũ machabeoꝝ quẽ vltimo ponit. et ꝓpter pfectã iuſticiã ⁊ ꝓpter tp̄s q2 vltio tpe fuerũt. Eccl'ia etiã legit vltimo libruʒ Ezechielis. q2 in eo agiᷓ đ tẽplo celeſti i q̄ eſt cõſummatio ⁊ finis oim̄. Duodeciʒ ꝟo ꝓphetas legit ꝓpter fundamẽtũ fidei qđ ſp neceſſarium eſt quantũcunq3 hõ ſit pfectus. ⁊ vide qđ dictũ eſt ſub dñica decimaquinta. Incipit ḡ eccleſia legere ezechielẽ in principio nouẽbris. In matutinali huius dñice officio p̄mũ reſpõſoriũ eſt i quibuſdã eccleſijs de eſaia. ſ. Vidi dñm ſedẽtem ſup ſoliũ excelſum. Vidit em̄ Eſaias quõ añ thronũ dei ſunt angeli ⁊ ſancti in eccl'ia triumphante ⁊ militante. in quibuſ p grãm ſedet ille q̄ eſt primus ⁊ nouiſſimꝰ Quia ḡ ezechiel vidit tẽplũ celeſte in quo fiunt nuptie eterne. ideo in euãgelio miſſe qđ in quibuſdã eccleſijs in hac dñica dicitur. ⁊ eſt Math. xxij. c. hr̄ de illis nuptijſ Simile eſt regnũ celoꝝ homini regi q̄ fec̄ nuptias. ⁊ miſit ſeruos ſuos hora cene dicere inuitatis. oia pata ſũt. venite ad nuptias. Illi ꝟo contẽpſerunt. venire ad nuptias. Hi ſunt iudei q̄ contempſerunt venire Et miſit tunc ſeruos ſuos dicens. Ite ad exitus viarũ ⁊ cõuocate oms̄. Et implete ſunt nuptie diſcumbentiũ. ⁊ vidit rex quẽdam nõ habentẽ veſtẽ nuptialẽ ⁊ dixit ei. Amice quõ huc intraſti nõ habens veſtẽ nuptialẽ. ⁊ tradidit eũ miniſtris ſuis vt ꝓicerent eũ i tenebras exteriores. Huic autem iudicio q̄ dñs eos q̄ cõtẽpſerũt venire ad nuptias amouit a nuptijs ⁊ alios oms̄ vocauit cõgaudet eccl'ia in introitu dicẽs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Omnia que feciſti nobis dñe in ꝟo iudi=
cio feciſti. In epl'a ꝟo monet apl's vt cau=
te ambulemus ad has nuptias. qꝛ ſine ve
ſte nuptiali ꝓijcimur in tenebras exterio=
res dicens. Uidete aũt quõ caute ambule
tis ⁊c. que eſt Eph. v. c. Et diſſuadet ecõ=
trario dicens. Et nolite inebriari vino i q̃
eſt luxuria ne ſitis in nuptijs dyaboli. ſed
impleamini ſpirituſſancto. Sed qꝛ cibũ il
loꝝ nuptiarũ nõ põt dare niſi ſolus deus.
ideo ſequit̃ in rñſorio. Oculi oim in te ſpe
rant dñe ⁊ tu das eſcam illoꝝ id ẽ cibũ nu
ptiarũ eternarũ in tpe optuno Et qꝛ d̃ nu
ptijs illis nõ põt comedere q̃ eſt in pecca=
to mortali. ſequit̃ in quibuſdã ecclijs all'a
De ꝓfundis. i. de peccato clamaui Ad te
dñe vt me eruas d̃ pctõ. ⁊ ita peto nuptijs
intereſſe. In offertorio ꝟo oñdit̃ q̃d ſit in
tereſſe nuptijs. ſ. hr̃e memoriã de eternis
dicens. Sup flumina babylonis. ſ. delici=
as ſeculi illic ſedim⁹ ⁊ fleuimus dum recor
daremur tui ſyon. i. tui o eccl'a triumphãs
In poſtcõmunione ꝟo petit vt det̃ ei iter
eſſe nuptijs illis dicẽs. Memento verbi
tui ſuo tuo. in quo mihi ſpem dediſti ⁊c.
q. d. memor eſto. qꝛ ꝓmiſiſti. Qui em̃ pro
mittit ⁊ nõ dat videt̃ eſſe oblitus. Et nota
ꝙ tres nuptie legunt̃ in euãgelio. De pri/
mis d̃r ꝙ ſil'e eſt regnum celoꝝ homini re=
gi qui fecit nuptias filio ſuo Hic filius eſt
xp̃s q̃ humanã naturã ſibi copulauit vbi
fuit thalamus virginis. Uñ tanq̃ ſponſ⁹
ꝓcedẽs de thalamo ſuo. Ad has nuptiaſ
hoies ſub lege ꝑ ꝓphetas iuitauit. De ſe
cundis d̃r. Uos ſil'es hominibus expectã
tibus dñm ſuũ qñ reuertat̃ a nuptijs. Hic
dñs xp̃s eſt verus homo q̃ aſcendens an=
gelicã naturã ſibi copulauit. Ad has nup
tias gẽtes ꝑ apl'os conuocauit De tertijs
ꝟo d̃r virgines que ꝑ̃parate erãt. intraue
runt cũ eo ad nuptias. Hic ſponſus ẽ cri=
ſtus qui eccl'iam poſt iudiciuz ſibi copula
bit. ⁊ in thalamo glorificabit. Ad has per
ꝑ̃latos eccleſie quotidie inuitamur. De ꝑ̃
mis ſolennizat eccl'ia in xp̃i natiuitate. de
ſecundis in aſcenſione. de tertijs in reſur/
rectione. qñ in noſtra reſurrectiõe chriſt⁹
ſponſam aſſumet ⁊ de babylonia mũdi in
troducet in cellariũ paradiſi. De q̃b⁹ nu=
ptijs h̃ põt intelligi. Cũ ei intraſſet hõ nõ
hñs veſtẽ nuptialẽ. eiectus eſt i tenebras
exteriores. ceteri nuptialit̃ induti ſũt cum
dño epulati. Hi ſunt lapides viui ex qui=
bus edificãt̃ muri hierl'm. Põt etiã aliter
dici. ꝙ poſt reuerſionez a captiuitate irl'm
reedificat̃. ⁊ tẽplũ reſtaurat̃ ꝑ zachariam
⁊ aggeũ heſdrã ⁊ malachiã ꝑ quos aduẽ=
tus dñi ꝑ̃nunciat̃. ideoq̃ in hoc menſe no
uembri vſq̃ ad aduentũ dñi cantat̃ hiſto
ria de ꝓphetis. Uidi dñm. ⁊ legunt̃ libri
ezechiel'. daniel' ⁊. xij. ꝓphetaꝝ. Captiui=
tas illa corporalis noſtrã ſpiritualẽ ſigni=
cat. a captiuitate reuerſio eſt. peccatorũ re
miſſio. Rex itaq̃ prophetarum volẽs ſu=
pernam hieruſalem reſtaurare filio nupti
as celebrauit. Et ſicut in euangelio legit̃
multos ad celeſte prandium inuitauit. Hi
qui intrauerunt ſunt lapides viui. de qui=
bus premiſſuz eſt. Ne igitur ad captiuita
tem ſil'em reuertamur ⁊ a nuptijs exclud
mur monet nos paulus in epl'a precedẽti.
Uidete quõ caute ambuletis nõ quaſi in=
ſipientes. ſed vt ſapientes. Introit⁹. Om
nia que feciſti. vox eſt daniel' captiuitatẽ
ꝑ̃teritã recolẽtis. ⁊ eam ſuis meritis d̃i iu
dicio aſcribẽtis. Silr̃ in offertorio. Super
flumina babylonis. captiuitatẽ illã plora
mus Sed in graduali Oculi omniũ. gr̃as
agimus. In poſtcõmunione. Memento
ꝟbi. poſtulamus vt nuptias promiſſas in
ſpe. ꝑcipiamus in re.

De dominica viceſimaꝑ̃ma.

In precedenti dñica inſtructi ſumus ⁊ ammo
niti vt caute eamuſ ad nuptias
q̃ celebrant̃ in templo q̃d deſcripſit ezechi
el Sed qꝛ de his nuptijs maxime inuidet
nobis dyabolus ꝓ eo ꝙ de illis eiectus fu
it. ideo in hac. xxj. dñica agit eccl'ia de bel
lo ꝯ dyabolũ ⁊ de armatura noſtra ꝯ euz.
Si em̃ pugnauerimus intererimus et'nis
nuptijs. ſi tñ habuerim⁹ veſtẽ nuptialẽ. q̃
eſt charitas. aliter nõ. Uñ qꝛ cinis et cilici
um ſunt arma pn̄ie. ideo i introitu vtit̃ ec
cleſia voce mardochei i cilicio ⁊ cinere ex
iſtentis dicẽs de eo. In volũtate tua dñe
vniuerſa ſunt poſita. ⁊ nõ eſt q̃ reſiſtat vo
luntati tue. Heſter. xiij. c. Seq̃t̃ Nã dñs
vniuerſoꝝ tu es. ⁊ ideo beati q̃ tibi ſuiũt
qꝛ tu liberas eos d̃ manu dyaboli ⁊ adiu=
uas eos in bello ꝯ dyabolũ ſicut i hac ora

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tione liberaſti mardocheū ď manu aman.
⁊ ſuſpenſus ē in patibulo qđ ꝑauerat mar
docheo. In epl'a monet apl's armari ꝯtra
dyabolū armatura dei dicens. Conforta
mini in dn̄o ⁊ in potentia ꝟtutis ei⁹ ⁊c̄. q̄ ē
ad eph. vj. c. Et poſt. Qm̄ nō ē nobis col=
luctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē ſed ad
uerſus ſpiritualia nequicie in celeſtibus i
omnib⁹ ſumentes ſcutū fidei ⁊c̄. Sz q̄a eti
am bn̄ armati nō pn̄t ꝑ ſe reſiſtere niſi de⁹
adiuuet ſequit̄. Dn̄e refugiū factus es no
bis ⁊c̄. q꞉ ſi laſſamur vel ſauciamur in hoc
bello nō eſt refugiū niſi ad ipm̄. Vn̄ ſequi
tur in quibuſdā eccleſijs all'a. Lauda ani=
ma mea dn̄m. Quia ꝟo ſauciati in h̔ bello
nō ſanant̄ niſi a dn̄o ⁊ multi ab eo ſanant̄
ideo in quibuſdā eccleſijs ſequit̄ euange=
liū de ſanatione filij reguli Erat q̄dā regu
lus c⁹ fili⁹ infirmabat̄ ⁊c̄. qđ ē Joh. iiij. c.
Per iſtū regulū intelligunt̄ reges. ſ. ꝑlati
q̄ reges ſunt ⁊ dn̄t eſſe humiles. ⁊ ita ſunt
reguli vn̄ exaudiunt̄. lz habeant paruam
fidē ꝑ ſanatiōe filioꝝ. Credebat em̄ iſte re
gulus ꝙ dn̄s poterat ſanare filiū ſuū. ƀ nō
credebat ꝙ eſſet deus. q꞉ credebat ꝙ non
poſſet ſanare niſi pn̄s. Humilitas ḡ valđ
neceſſaria eſt ꝑlatis. Quia ꝟo ꝑ patienti=
am maxime vincit̄ dyabolus ꝑponit̄ i of
fertorio iob in exemplū. Vn̄ i ſapia. Me
lior eſt patiens viro forti ⁊ q̄ dn̄at̄ aīo ſuo
expugnatore vrbiū. Et incipit. Vir erat i
terra hus noīe Job ⁊c̄. In verſibus autē
hui⁹ offertorij fit ſepe verboꝝ repetitio. ď
quo dictū eſt ſub dn̄ica ſcđa poſt octauaꝫ
ep̄hie Sed q꞉ nihil valet patientia niſi ho
mo ſperet dn̄o. Sequit̄ poſtcōmunio. In
ſalutare tuū anima mea ſperauit ⁊c̄. quia
ſpes patientiā operatur.

¶ De dn̄ica viceſimaſecunda.

Dictū eſt quod

nullus pōt intereſſe eternis nu=
ptijs niſi habeat veſtē nuptialē
q̄ eſt charitas. ⁊ ideo in hac viceſimaſecū=
da dn̄ica monemur ⁊ inuitamur ad habē=
dam charitatē nō vt tantū bn̄ faciam⁹ ꝓ=
ximo. ſed etiā dimittamus iniurias nobiſ
ab eo factas. Vn̄ i quibuſdā eccleſijs euā=
geliū eſt de ſeruo q̄ debebat decē milia ta=
lenta cū quo poſuit dn̄s rōnem ⁊ ille dixit
Patientiā habe in me ⁊ oīa reddā tibi. et
miſertus dn̄s eius dimiſit eū ⁊ debitū di=
miſit ei ⁊c̄. ⁊ incipit. Simile eſt regnū celo
rū homini regi q̄ voluit rōnem ponere cū
ſeruis ſuis. qđ eſt math. xviij. c. Siquidē
in die iudicij ponet dn̄s rōnem nobiſcum
⁊ nullus poterit computare cū eo. q꞉ ď tē=
pore quō reddet hō rationē qđ tam bonū
eſt ꝙ in quolibet momento eius pōt hō fi=
lius dei. Et ideo incipit introitus. Si ini=
quitates obſeruaueris dn̄e dn̄e quis ſuſti
nebit. q. d. null⁹. Et hoc eſt Patientiā ha
be in me. Et ſequit̄ ꝟſus. De ꝓfundis cla
maui ad te dn̄e ⁊c̄. In epl'a. Confidim⁹ ⁊c̄
ad phil'. c. j. inuitat nos apl's ad ꝑfectā ca=
ritatē vt dimittamus fratri vt deus dimit
tat nobis. q꞉ ſicut habet̄ in fine euangelij.
Sic ⁊ pater meus celeſtis faciet vob̄ ſi nō
remiſeritis vnuſquiſq꞉ fratri ſuo ď cordi=
bus veſtris. Dicit igit̄ apl's in epl'a. Fra=
tres ꝯfidimus. i. ꝯfidentiā talē habemus.
Et poſtea ſequit̄. Obſecro aūt vos vt ca=
ritas veſtra magis ac magis abūdet vt ſi=
tis ſinceres ⁊ ſine offenſa. Et tunc eſt vni
tas in eccleſia qn̄ nō offendimus ꝓpter in
iurias ſed dimittim⁹. Vn̄ ſequit̄ rn̄ſoriuꝫ
Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū habitare fratreſ
in vnū. Sed qm̄ illos q̄ iraſcunt̄ fuat do=
minus ꝑ charitatē dū penitent. ideo ſeq̄t̄
all'a. Qui ſanat cōtritos corde ⁊ alligat cō
tritiones eoꝝ. In ꝑmiſſo ꝟo euāgelio mo
uemur ad ꝑfectam charitatē vt caute am
bulemus ad nuptias cū veſte nuptiali. Et
q꞉ ꝑfecta charitas nō tantū impēdit bene
ficia ⁊ dimittit iniurias. ƀ etiam orat ꝓ ini
micis. ideo ſequit̄ in offertorio. orō heſter
ad aſſuerū regeꝫ qui interꝑtat̄ beatitudo.
id eſt ad xp̄m ⁊ incipit. Recordare dn̄e ⁊c̄
heſter. xiiij. c. in quo offertorio rogat ꝓ re
conciliatione pctōꝝ. Et q꞉ de hac reconci
liatione gaudent angeli. ſequit̄ in quibuſ
dam eccleſijs poſtcōmunio. Dico vob̄ ⁊c̄
Luce. xv. ca.

¶ De dn̄ica viceſimatertia.

In tribus dn̄i

cis vltimis. ſ. xxij. xxiij. ⁊ xxv

eſt idem officium ⁊ in eis oſtendit eccleſia ſe habere veſtem nuptialem. id eſt charitatem. quia orat pro iudeis vt conuertantur quod fiet in fine mũdi quando veniẽt ad fidem noſtraz quod figuratũ eſt in Joſeph qui noluit longo tempore ſe manifeſtare fratribus ſuis. poſtea xᵒ ad vltimũ ſe manifeſtauit eis et petierunt veniaz ab eo et dixit eis. Nolite timere ego paſcam vos. ⁊ inebriatus eſt cum eis que inebriatio ſignificat leticiam omnium in illa conuerſione iudeoruz. Hoc autem erit in fine peregrinatiõis noſtre. ⁊ ideo de huiuſmodi conuerſione agitur in fine tẽporis peregrinationis. In quattuor enim partes diuiſum eſt tempus anni. prout dictuz eſt in prohemio huius partis. Et per has tres dominicas agitur de hac conuerſione. q̄a ad fidem trinitatis conuertentur. In hac ergo viceſimatertia dominica introitꝰ eſt de conuerſione iudeorum a promiſſiõe domini. Ipſe nãq̧ dicit per Hieremiã. xxix. cap̃. Ego cogito cogitationes pacis et nõ afflictionis. quia ad hoc tendũt mala que vobis infero vt reconciliem vos mihi. Et nota ꝙ tempore Henrici. iij. imperatoris bruno tullenſ̄ epiſcopus qui de multꝭ ſanctis cantus compoſuit factus papa ꝑ henricum. iij. imperatorem ⁊ vocatus Leo. x dum romam pro papatu veniret. audiuit voces angelorum canentium ⁊ dicentiuz. Dicit dominus. Ego cogito cogitatiões pacis. Ipſe vero cogitans ꝙ non haberet canonicum ingreſſum renunciauit. et iterum a romanis papa eligitur. ⁊ vitam cũ multis miraculis finiuit. In graduali xᵒ agit Dauid gratias de ſua liberatione a captiuitate ſpirituali ⁊ corporali dicens. Liberaſti nos ex affligentibus nos ⁊ cet̃a In verſu vero promittit laudem bonorũ operum dicens. In deo laudabimur tota die ⁊c̃. Et quia ſolus dominus eſt qui ſanat. ideo in quibuſdam eccleſijs ſequitur alleluia. Qui ſanat contritos corde In offertorio vero petit veniã. ſicut fratres ioſeph dicens. De profundis clamaui ad te domine ⁊c̃. Et quia Joſeph. id eſt chriſtꝰ reſpondit. Nolite timere ego paſcam vos ideo quia ita liberalis eſt dominus et ita cito dimittit. ſequit᷑ poſtcommunio Amẽ dico vobis quicquid orantes petitis credite. quia accipietis ⁊ fiet vobis. Math. xviij. ca. Quia vero non intrabunt ad nuptias niſi qui habebunt ſimilitudinem di ideo in euangelio. Abeuntes ⁊c̃. Math. xxij. ca. quod legitur in quibuſdam eccleſijs dicitur. Reddite ergo que ſunt ceſarꝭ ceſari. ⁊ que ſunt dei deo. ſcilicet imaginẽ ſuam ſimilitudine ſua inſignitam. qꝛ omnia ad ſibi ſimilia ꝯuertuntur. In epiſtola quoq̧. Fratres imitatores ⁊c̃. ad phil. iij. ca. monet nos apoſtolus vt reddamus deo imaginem ſuã. Et poſt ſequitur. Cõuerſatio noſtra in celis eſt. q. d. In hoc debetis me imitari non illos quorum deꝰ vẽter eſt. qui ſũt inimici crucis chriſti. Imitamur autem deũ ⁊ apoſtolum in humilitate. manſuetudine charitate ⁊ ſanctimonia. Et poſt. Saluatorem expectamꝰ dominum iheſuz chriſtũ qui reformabit corpus humilitatis noſtre configuratum corpori claritatis ſue. Si enim habuerimus ſimilitudinez dei in animabus noſtris. in futuro non habebimus illaz ſimilitudinẽ in animabus tantum ſed etiam in corporibus. quia vt dicit apoſtolus. Similes erimus chriſto.

De dñica viceſimaquarta.

In viceſimaquarta dominica ſimiliter agitur de vocatione ⁊ conuerſione iudeorum. Unde incipit in quibuſdã eccleſijs euangeliũ math. ix. ca. Loquẽte Jeſu ad turbas. Ecce princeps archiſinagogus venit ad euz ⁊ dixit ei. Filia mea defuncta ẽ. ſed veni ⁊ impone manum tuam ſuper eam ⁊ viuet. dũ autem iret poſt eum ecce mulier emorroiſſa dicebat. Si tetigero fimbriam veſtimenti eius ſalua ero. et ſanata eſt a domio. Poſtea reſuſcitauit dominus filiaz archiſinagogi. Allegorice archiſinagogꝰ iſte ſignificat Moyſen vel aliquem de prophetis vel etiam apoſtolis qui rogauit dominuz pro ſynagoga ⁊ dominꝰ vadit vt ſanet eaz quia non ceſſat corrigere vt ſanet ipſos iu-

deos per varias tribulationes ⁊ ſeruitutes. Sed eorum ſanitas fiet in fine mundi. Mulier vero patiens fluxum ſanguinis eſt gentilitas que dixit Si tetigero fimbriam veſtimenti eius. id eſt ſi minima precepta ſeruauero ſalua ero. Per fluxum ſanguinis peccatum intelligitur. Poſtea vero ſaluabitur ſynagoga. quod ſignificatur ꝑ filiam yairi poſtmodū ſuſcitatam Item ꝑ yairum qui interpretatur illuminans ſiue illuminatus. intelliguntur prelati. Prelatus enim illuminatus a domino alios illuminat. ⁊ talis debet orare pro ſubditis ſuis ſicut iſte ꝓ filia ſua. Sicut ⁊ orat apoſtolus in epiſtola huius dominice que eſt ad coloſſen. j. c. Non ceſſamus inquit fratres orātes ꝓ vobis. In quibuſdā tn̄ eccleſijs dicitur hac die euangelium. Cum videritis abominationem. Matthei. xxiiij. Et attende ꝙ hec dominica proprium cantuale non habet officium quia enim vexabitur eccleſia perſecutōnibus antichriſti. iō ſua continet organa. vel ideo quia precedens officiuz huic euangelio rectiſſime coaptatur. vel quia hec dominica ſepius ſuperabundat. idcirco proprio vacat officio

De dominica viceſimaquinta.

IN viceſimaquinta dominica agitur de illuminatione iudeorum. Unde dicitur in quibuſdaz eccleſijs in epiſtola que eſt de Hiere. xxiij. cap. Ecce dies veniunt dicit dominus ⁊ ſuſcitabo dauid germen iuſtum ⁊c. Et poſtea ſequitur. In diebus illis ſaluabitur iuda Et poſt. Non dicemus amplius viuit dominus qui eduxit filios iſrael de terra egypti. ſ; viuit dn̄s q̄ eduxit ⁊ adduxit ſemen domus iſrael de terra aquilonis ⁊ de cunctis terris. in quibus proieceraz eos Quibus verbis precedens cantuale officium concordat. Nam in introitu. Dicit dominus ego cogito ⁊c. dicitur. Et reducaz captiuitatem veſtram de cunctis locis. Soluti ergo illa qua nunc tenentur captiuitate in graduali. Liberaſti nos gratiarū referunt actionem. In offerenda. De ꝓfundis. adhuc porrigunt orationem. que ſue petitionis in poſtcommunione. Amen dico vobis. recipiunt ſanctificationez. Euāgelium vero eſt de refectione quam fecit ioſeph fratribꝰ ſuis. quando recepit eos ad conuiuium. Videns iheſus quia multitudo maxima venit ad eum ⁊c. Quinqꝫ panes ſunt ſpiritualis intelligentia quinqꝫ librorum quos modo habent. nec eis poſſunt ſatiari. quia eos frangendo per ſpiritualem intelligentiam non manducant. ſꝫ tunc eos dominus ſaturabit. Duo vero piſces ſunt pſal. et euangelium. Tunc enim reficiet eos dominus intelligentia legis ⁊ pſalmorum et euāgelij. In quibuſdam tamen eccleſijs dicitur euangeliū. Cum ſubleuaſſet Iheſus oculos. Iohan. vj. capi. Rurſus in hac vltima dominica ceteras concludente recte ponitur officium qđ ad vtrunqꝫ domini pertinere poſſit aduentū vt dictum hieremie propheticuz. Ecce dies veniunt. et ſuſcitabo ⁊c. Ecce primus aduentus. In diebus illis ſaluabitur iuda. Ecce ſecundus. Sed in euangelio recte agitur de quinqꝫ panibus. qꝛ poſt q̄nqꝫ milia annorum datus eſt nobis in primo aduentu panis angelorū. Ab hinc etiam quinqꝫ dominice computant̄ vſqꝫ ad illum diem. in quo panis ortꝰ in preſepio predicabitur. Quidaz tamen hanc epiſtolam et hoc euangelium ponunt cum officio trinitatis. Infra hebdomadam vero fit ſicut in ceteris feriatis. Et congrue circa feſtum beati Andree hoc euangelium legitur. quoniam in eo de ipſo mentio cōtinetur. Quedam tamen eccleſie faciūt in hac dominica feſtum de trinitate Alie vero in octaua penthecoſtes vbi de hoc dictuz eſt.

De lectionibus nocturnaliū.

ILlud poſtremo notandū eſt ꝙ nocturnales lectiones a pͥma dn̄ica poſt penthe. vſqꝫ ad aduentū domini quidā nō in-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſubtiliter referunt ad illā tēporis ſeriem q̄ fuit a dauid vſq; ad aduentum dn̄i. Sed et ad illā congrue referri poſſunt. que a p̄mitiua cepit eccleſia. ſicut em̄ ſauli ſucceſſit dauid. Unde primo legit̄ de primis libris Regū. ſic demonū cultui. cult⁹ vniuſ dei. ⁊ ſic regnū dauid ꝑ roboā ⁊ Jeroboā in ſciſſuras diuiditur vt loquit̄ in libris ſequentibus. ſic eccl'iam ſcindit hereticoꝝ inſania. Deinde ſequunt̄ libri ſalomonis quia poſt pugnas hereticoꝝ claruerūt in eccleſia ſanctoꝝ doctoꝝ ingenia Poſtmodum ſequit̄ liber iob. vbi agit̄ de ꝑſecutōnibus et conſolationibus eius. quia quātūuis in pace floreat eccleſia. temptatiōes tamen non deſunt ſpiritualiū aduerſariorum. quoꝝ quanto eſt occultior pugna tāto difficilior eſt. ſed glorioſior erit acquiſita victoria. Rurſus illud quoq; adijciendum eſt ꝙ ſingulos menſes p̄teritis poſſumus adaptare temporib⁹ Nā ꝑ ianuariū in quo nouus annus inchoatur. tp̄s a diluuio intelligit̄. vbi mund⁹ renouat̄. Per februariū in quo all'a deponit̄ illud tēpus innuitur ī quo vniuerſitas linguaꝝ ꝯfundit̄. Per martiū in quo quadrageſima ſepius celebrat̄ illud tempus accipitur in q̄ dei populus in egypto affligit̄. Per aprilem vbi paſca celebratur vel obſeruat̄ illō tempus oſtendit̄. in quo popul⁹ a pharaone liberatur. Per maiū. in quo ꝺ penthecoſ. ſolennizatur. illud tempus recolit̄ in q̄ populus in terra ꝓmiſſionis gratulabat̄. Junius et Julius in quibus hiſtoria Regum legitur. regnū ſaul ⁊ dauid cōmemorant. Auguſti. in quo liber ſapientie recitatur regnū ſapientis ſalomonis inſinuat Reliqui quatuor mēſes. regna p̄ncipalia notant. babylonicū quod eſt in oriente. ꝑſarū qꝺ eſt in meridie. grecoꝝ qꝺ eſt in aq̄lone. romanoꝝ qꝺ eſt in occidēte. Igitur hiſtoria Job que legit̄ in ſeptembri ꝑ duas hebdomadas regnū exprimit orientis Unde ibi dicit̄. Erat vir ille magnus int̄ omnes orientales. Et legitur ꝑ duas hebdomadas. q̄ꝛ regnum illud durauit ꝑ duas annales hebdomadas. i. ꝑ bis ſeptingentos annnos. Tot em̄ anni inueniūtur a tempore nini a quo regnū babylonie incepit vſq; ad cyrum regem ꝑſaꝝ in quo defecit. In reliqua parte ſeptēbris regnū perſarum innuitur quo circa due hiſtorie leguntur eo ꝙ nunc de perſis nunc de medis reges aſſumebantur. Hiſtoria machabeoꝝ que legitur in octobri. grecorum ſignificat regnum ſub quibus machabei fuerunt afflicti. Per nouembrem ⁊ decēbrē in q̄bus prophetie legunt̄. regnum romanorū in quo chriſti religio viget accipitur Prophetie maxime de chriſto loquūtur. cuius natiuitas eſt in fine anni. ſic regnū romanoꝝ in fine mundi.

Incipit liber ſeptimus de ſanctorū feſtiuitatibus.

POſtquā de diuinis officijs in genere atq; de dn̄icis ⁊ ꝺ feſtiuitatibus ad dn̄m ꝑtinentibus ī ſpecie p̄miſim⁹: vtile eſt vt de officijs feſtiuitatū ſanctorū aliq̄ in hac ſeptima parte ſubijciamus. Sane eccleſia ſanctoꝝ feſta multis de cauſis celebrat Primo vt eis vicem rependamus. q̄ꝛ ipſi iam celebrant feſtum de nobis. quia gaudium eſt in celo angelis dei ⁊ animab⁹ ſanctis ſuꝑ vno peccatore penitentiam agēte Secundo quia eos honorando rem nr̄am agimus. nam eorum feſtiuitas noſtra eſt. Un̄ apl's. Omnia veſtra ſunt vos āt xp̄i. Charitas em̄ oīa cōmunia facit Tertio vt habeamus eos intercessores ꝓ nobis. vn̄ legit̄ in. iij. ro. j. c. ꝙ berhſabee qꝺ interp̄tatur puteus ſatietatis. i. eccl'ia triūphās impetrauit filio ſuo regnū Quarto vt eos imitemur. ꝑ eoꝝ ei exēpla ad eoꝝ imitatōnē ꝓuocamur. Quinto pp̄t augmētū nr̄e ſecuritatis ⁊ ad dei ſpei ſb̄leuationē. Si em̄ hoīes mortales nobis ſil'es potuerūt ita ꝑ ſua merita ſublimari. ⁊ nos ſil'r poterim⁹

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

qm̄ manus dn̄i nō eſt abbreuiata. Sexto
ꝓpter honorē diuine maieſtatis. qm̄ illoſ
honorādo. in eis honoram⁹ ⁊ mirabilē ꝓ=
dicamus eū q̄ ipos ſanctificauit. Septio
vt viſa eoꝝ pulcritudine ⁊ mundicia con
fundat̃ hō de pctis ſuis. ⁊ terrena cōtem=
nat ſicut ⁊ ipi fecerūt. Octaua ⁊ principa
lis cā eſt. q꞉ ſanctoꝝ dies anniuerſaria in
eoꝝ honore nobis ad memoriā reducit̃ ꝓ
pter noſtrā vtilitatē. qm̄ in eis honoram⁹
deū. Ipi nanqꝫ cū ſint ꝑfecte bti. orōnib⁹
noſtris nō indigent. q꞉ oīa eis ad votum
ſuccedūt. imo iniuriā facit martyri q̄ pro
martyre orat. Johes etiā damaſcen⁹ i li.
iiij. c. vij. ponit alias rōnes quare ſancti ⁊
parit̃ eoꝝ corꝑa ſiue reliquie debeant ho
norari. q̄rū q̄dā ſumūt̃ q̄tū ad eoꝝ digni=
tatē ⁊ quedā q̄tū ad corpoꝝ ipoꝝ p̄cioſi=
tatē. Dignitas quadruplex eſt. qm̄ ſunt
amici dei filij dei heredes dei ⁊ duces no=
ſtri. De primo Joh. xv. Jā non dicā vos
ſuos ⁊c̃. De ſecundo Johā. j. Dedit eis
ꝑtātē filios dei fieri. De tertio roma. viij.
Si aūt filij ⁊ heredes. De q̄rto ita dic̃. Si
quiſqꝫ multū laborat ducē inuenire q̄ euꝫ
alicui rei mortali adducat ⁊ ꝓ eo ad ipum
v̄bū faciat. quātomagis duces generꝭ hu
mani q̄ ꝓ nobis ad deū interpellatiōes fa
ciunt honorandi ſunt. tēpla illis erigēdo.
⁊ eoꝝ memoriā venerādo. Q̄tum ad cor
poꝝ ipoꝝ v̄o p̄cioſitatē manifeſtādā po=
nit etiā idē quatuor rōnes. Nā ipa ſancto
rū corꝑa fuerūt ꝓmptuaria dei tēplū xp̄i.
alabaſtrū ſpiritual̃ vnguenti fontes diui
Et Aug⁹. addit quātū. ſ. organū ſpūſſcti.
Circa p̄mū di. Hi eīm ſunt ꝓmptuaria dei
cenacula ſpiritusſancti. De ſcd̄o dic̃. Nā
ꝑ intellectū in corporib⁹ eoꝝ habitauit de
us. Unde apl̄s. Neſcitis qm̄ corꝑa veſtra
⁊c̃. Deus aūt ſpūs eſt. Honoranda ḡ ſunt
animata dei tēpla. Homo quidē delectat̃
in edificatione muroꝝ. deus v̄o in conuer
ſatione ſctōꝝ. Un̄ pſ̄. Dn̄e dilexi decoreꝫ
domus tue decorē. ſ. quē p̄ſtat diuerſitas
non marmoꝝ ſed gratiaꝝ. Circa tertiū di
cit. Si ei ex rupe aqua manauit in heremo
⁊ ex maxilla azini ſamſoni ſitienti. nequa
q̄ incredibile eſt ex martyrū reliquijs vn=
guentū bene olens emanare ſitientib⁹ dei
⁊ ſanctoꝝ virtutem. Circa quartum dicit
Iſti eīm viuentes in veritate cū libera pre

ſentia deo aſſiſtunt ⁊ fontes nobis ſaluta=
res dominator xp̄s ſanctoꝝ ſuoꝝ prebuit
reliquias multoformia beneficia irrigan=
tes. Circa quintū dicit Aug⁹. in li. de ciui
tate dei. Nō ſunt ꝯtemnēda. ſed plurimū
reuerēda ſanctoꝝ corꝑa. q̄bus dū adhuc
viuerēt ſpiritusſanct⁹ q̄ſi q̄buſdā organis
ad omne bonū vſus eſt. Un̄ apl̄s. An ex=
perimentū queritꝭ ei⁹ q̄ in me loq̄tur xp̄us
Itē Ambro. in exam̄. Hoc eſt p̄cioſiſſimū
q̄ hō diuine vocis fit organū ⁊ corporali=
bus labijs celeſte exprimit oraculū. ¶ Eſt
aūt quadruplex differentia ſanctoꝝ noui
teſta. quos ꝑ anni circulū colimus. Sunt
eīm apl̄i martyres confeſſores ⁊ virgines.
⁊ hi ſc̄m Rabanū ꝑ quatuor mundi ꝑtes
ſignificant̃. Per orientē apl̄i. ꝑ meridiem
martyres. ꝑ aquilonem cōfeſſores. ꝑ occi
dentē virgines. Licet aūt feſtiuitates ſan
ctorū celebrande ſint ⁊ in eoꝝ memoriam
altaria cōſtruenda. nulli tn̄ eoꝝ vel etiam
angelis ſꝫ ſoli deo ſacrificare debem⁹. Ne=
mo eīm antiſtitū in locis ſanctoꝝ corporū
aſſiſtens altari aliq̄n dixit offerrimus tibi
petre aut paule aut cypriane. ſed quod do
offertur q̄ ſanctos coronauit offert̃ apud
eorum memorias quos coronauit vt ex ip
ſorum locorū amore maior affectus aſſur=
gat ad augendā charitatē in illis q̄s imita
ri poſſumus ⁊ illo adiuuāte poſſum⁹. Nec
eīm ipſi ſancti vel angeli exhiberi ſibi vo=
lunt. qd̄ vni deo ꝑ latriā exhiberi norunt.
Un̄ Paulus ⁊ barnabas cū q̄dam mira=
culis ꝑ eos factis cōmoti ipſis tanq̄ dijs
immolare voluiſſent. ꝯſciſſis veſtib⁹ confi
tentes ſe hoīes mortales ⁊ nō deos eſſe. h̄
fieri vetuerūt. Et ſic in apoc̃. legit̃ angel⁹
iohem ipm̄ in viſione adorare volētē ꝓhi=
buit dicens Uide ne fecerꝭ frat̃ eīm tuus ⁊
ꝯſeruus fratrū tuoꝝ ſum deū adora. Jaꝫ
eīm xp̄s erat ſuꝑ angelos exaltat⁹. Antea
v̄o legunt̃ angeli adorari vt dictū eſt i q̄r
ta ꝑte ſub quarta ꝑticula canonis ſuꝑ ver
bo ſuitutꝭ. Et mardoche⁹ noluit amā ado
rare. qm̄ ille dinā ſibi voluit adoratōꝫ im
pēdi. Honorādi ſūt ḡ ſcti ꝓpt̃ imitationē
nō adorādi ꝓpt̃ religioneꝫ. Honorādi ſūt
charitate nō ſuitute vt dictū eſt ſuꝑ dctō
v̄bo ſuitutis. Tribus aūt de cauſis ſctōs
rogamus ꝑut dictū eſt in p̄cedenti ꝑte ſb̄
ti. de rogatōib⁹. Et nota q̄ ſtādo ſctōs ro

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gare debem⁹ vt dictũ eſt in ꝓhemio quin
te ꝑtis vbi ꝺ rñſorio agit̃. Porro dierum
alij ſunt ꝓfeſti alij feſtiui ſiue ſolẽnes Pro
feſti ſunt q̃ nulla ſpãli celebritate inſigniti
ſunt. q̃ſi ꝓcul a feſto. Et nota ꝙ hebrei ali
ter denominãt dies ſeptimane. ⁊ alit̃ gen
tiles ⁊ eoꝝ p̃ſbri ⁊ alit̃ xp̃iani. Hebrei de-
noĩant oẽs alios dies a ſabbato q̃ apꝺ eoſ
p̃cipuus h̃r. vñ diẽ ſequẽtẽ p⁹ ſabbatũ vo
cant p̃mã ſabbati aliã ſcꝺam ſabbati. et ſic
ꝺ reliq̃s. ſeptimã ꝟo diẽ vocãt ſimpl'r ſab-
batũ ⁊ q̃nq; ſabbatũ ſabbatoꝝ. ſextã feri-
am vocãt paſceue a para qꝺ eſt p̃ ⁊ ſceuen
qꝺ eſt ſtructio quaſi p̃ſtructio ſeu p̃para-
tio. q̃ tũc iudei p̃parãt cibaria ad op⁹ ſab
bati. iux̃ qꝺ eis p̃ceptũ fuerat ꝺ manna. ſ.
ſexta die colligat̃ ex eo duplũ. qm̃ i ſabba
to nõ licebat eis cibos p̃parare ſicut nec mã
na colligẽ. Nos ꝟo h̃ nomẽ qꝺ ẽ cõe cuili-
bet ſexte ferie. appropriam⁹ ille de ſexte fe-
rie q̃ eſt ꝓxime añ paſca. p eo ꝙ tunc p̃pa-
ratus eſt cib⁹ ſiue manna q̃ ⁊ eccl'ia militãs
mõ ⁊ triũphans i futura req̃e ꝑfruet̃. Et
nota ꝙ paſceue eſt nomẽ grecũ ſ; iudei ꝓ-
pter varias captiuitates int̃ grecos diſpſi
q̃dã vocabula a grecis ſumpſerũt vt para
ſceue ⁊ ſynagoga ⁊ alia quedã. Gentiles
aũt tã vulg⁹ q̃ ph̃i denoĩant dies a plane
tis. Vñ ſm̃ eos p̃ma dies d̃r dies ſol̃. ſcꝺa
dies lune ⁊c. q̃ noĩa ſacra ſcriptura nõ re-
cepit l; hodie vulgari vſu teneãt̃ De hoc
dicet̃ in ꝑte octaua vbi aget̃ ꝺ ſeptimana
Nempe vulgus ideo eos ſic denoĩabat
q̃ ſolẽ lunã martẽ ⁊ alios planetas a qui-
bus dies denoĩabant deos eſſe credebãt.
Philoſophi ꝟo ideo q̃ hec ſunt noĩa pla
netarũ ex quorũ motib⁹ ⁊ naturis oĩa ſui
vegetationẽ ſm̃ illos trahunt. Chriſtiani
ꝟo duos dies tanq̃ ꝓprijs deſignãt noĩ-
bus. Nã ſabbatũ ſimpl'r ſabbatũ vocãt ꝓ
pter autoritatẽ hebraici ſmonis ⁊ ſequen
tem diẽ dñicã vocãt ꝓpter ſui p̃uatũ. de q̃
iã dicet̃. vel q̃ ſic in Apoc. vocat̃ vbi dici
tur. Johannes dñica die poſt miſſaꝝ ſolẽ
nia deſcendit in defoſſum ſepulture ſue lo
cũ. Poſſet etiã dies dñica prima feria ap-
pellari. Diem ꝟo poſt dñicã ſequẽtẽ appel
lant ſcꝺam feriã. aliã tertiã feriã. ⁊ ſic ꝺ ali
is diebus vſq; in ſabbatũ. interp̃tat̃ eñ fe
ria quaſi dies ſolẽnis a feriãdo dicta. vñ
prima dies ſeptimane dies ſolẽnis ẽ. Vo-
cantur ĝ ferie a feriando q̃ toto t̃pe a vici
is feriare. i. vacare debemus nõ ꝙ ſit a ne
ceſſarijs vite opibus feriandũ. Vel dicit̃
a fando. i. loquendo. qm̃ ſicut legit̃ i geñ.
Dñs dixit ⁊ facta ſunt. Siquidẽ beat⁹ ſil-
ueſter nolens imitari iudeos q̃ dicunt pri
ma ſabbati ⁊c. nec gentiles q̃ dicunt dies
ſolis dies lune ⁊c. adinuenit hoc nomẽ fe
ria. in fine tñ ſeptimane ſuauit ſabbatũ ꝓ
pter premiſſam rationẽ. vel ꝓpter figurã.
q̃ ſabbatũ interpretatur requies q̃ tunc
dñs requieuit ab omni ope qꝺ patrarat.
Unde ⁊ nos ꝑ totã hebdomadã. i. ꝑ totũ
tẽpus vite noſtre qꝺ ꝑcurrit̃ ꝑ ſpacium ſe
ptem dierum debem⁹ laborare ⁊ niti ſum
mo conamine vt ad requiẽ ⁊ btitudinẽ ꝑ-
ueniam⁹ Dies ĝ tripliciter denominãtur.
Primo ſm̃ ſe. vt dies lune dies martꝭ ⁊c
Scꝺo iuxta vſum eccl'ie vt prima feria ſe-
cunda feria ⁊c. Tertio ſm̃ menſes. et hoc
etiã tripliciter. Primo modo kalen. p̃die
kalen. iij. kal̃. Scꝺo mõ ydus. p̃die ydus.
iij. yd⁹ Tertio mõ none p̃die noñ. iij. noñ.
Dñica ꝟo dies p̃matũ obtinet ⁊ maioreȝ
int̃ alios dies. q̃ in illa xp̃s annunciatus
fuit ⁊ reſurrexit. ⁊ in ap̃los ſpiritũſanctũ
miſit. ⁊ deus mũdũ. i. celum ⁊ terrã in illa
fecit. ⁊ in eodẽ quoq; die vt d̃r mũdus diſ
ſoluet̃ Dicit̃ ĝ dñica ꝓpter gaudiũ dñice
reſurrectiõis qꝺ in ea celebram⁹. Licet ãt
quedã dñice oĩbuſ alijs ſint ſupiores viȝ
paſca ⁊ penth. ⁊ h̃ ꝓpter reſurrectioneȝ ⁊
ſpiritusſcti miſſionẽ. tñ ⁊ quinq; alie p̃nci
pales dicunt̃ ⁊ ſolẽnes in q̃bus officia mu
tant̃. ſ. dñica p̃ma ꝺ aduẽtu dñi. dñica i oc
tauis paſce. dñica in octauiſ penth. dñica
q̃ cantat̃ letare hierl'm. ⁊ dñica i ramiſpal
maꝝ Addũt etiã quidã ſextã. ſ. qua cãtat̃
Jnuocauit me. Quedã etiã alie dñice di-
cunt̃ priuilegiate q̃bus viȝ hiſtorie ſunt
appropriate. Et nota ꝙ ſunt quidã dies p̃-
uilegiati in t̃pe quadrageſime viȝ quatu
or quarte ferie. ſ. quarta feria in capite ie-
iuniorũ ⁊ quarta feria ſequẽtis hebdoma
de. ⁊ quarta feria que eſt p⁹ letare hierl'm
⁊ quarta feria añ cenã dñi. Jtẽ q̃tuor ſab-
bata viȝ ſabbatũ prioris hebdomade. qñ
ordies celebrant̃. ⁊ ſabbatũ quarte. ⁊ ſab
batũ quinte. ⁊ ſabbatum in vigilia paſce.
Jtẽ tres dies dominice. ſ. Jnuocauit me.
et Letare hieruſalem. ⁊ dñica in ramiſpal

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

marũ. Itẽ vna q̃nta feria .ſ. cene dñi. Itẽ
vna ſexta feria .ſ. in paſceue. Itẽ tota vna
ſeptimana .ſ. vltima q̃ maior dr̃. put ſb do
minica d ramiſpalmaꝝ dictũ eſt. De q̃buſ
ꝓuilegijs in locis ſuis dictũ eſt Et nota ꝙ
paſca ⁊ penthe. ſunt hebdomadarie feſti-
uitates vt dictũ eſt in .vj. pte ſb ti. d ſeptẽ
diebus poſt paſca ⁊ ſub penthe. ¶ Incipit
aũt dies naturalis ſm egyptios ab occa-
ſum ſolis ſiue in p̃ncipio noctis. ⁊ durat vſ
ꝗ ad veſpam ſequẽtis diei. iux̃ illd. Et fa
ctum eſt veſpe ⁊ mane dies vnus. Scd̃m
pſas ⁊ grecos ⁊ ſm cõem vulgi vſum. inci
pit mane ab ortu ſolis. Scd̃m romanos a
media nocte. Scd̃m atheniẽſes ⁊ ſm ara-
bes ⁊ aſtronomicos a ſexta diei hõ. Quoſ
oẽs varie imitamur. qm̃ quo ad celebratõ
nez diuinoꝝ officioꝝ incipit dies i veſpis
iuxta illud. A veſpa in veſpam celebrabi
tis ſabbata veſtra. q̃ ad treuge obſeruatõ
nẽ in ortu ſolis. q̃ ad cõtract⁹ incipit dies
⁊ finit̃ in media nocte. quo ad eſuz carniũ
poſt cenã vſq ad diluculũ q̃. ad iudicium
incipit ⁊ terminat̃ ſero in fine diei añ noctis
tenebras. Cõputatio aũt egyptioꝝ ꝟba vi
det̃ cũ cõtineat ortũ ⁊ occaſum ſignorum.
Põt tñ dici ꝙ ſm eccl̃iam incipit i media
nocte. q2 tũc verus ſol .ſ. xp̃s ort⁹ eſt iuxta
illud. Dũ medtũ ſilentiũ ⁊c̃. vel veri⁹ i ve
ſperis vt p̃miſſum eſt. q2 nox p̃ceſſit. dies
aũt appropinquabit. lz aũt naturalit̃ dies
p̃cedant noctes. tñ in nocte paſcali fit ecõ-
uerſo. vt dictũ eſt i .vj. pte ſb ti. d ſabbato
ſctõ. Solẽnes ꝟo ſeu feſtiui dies ſunt in q̃
bus a quolibet ope ſuili in honorẽ dei et
ſctõꝝ abſtinendũ eſt ⁊ diuinis laudib⁹ in-
ſiſtendũ. Et eſt notãdũ ꝙ ſolẽnitas eſt cõ-
munit̃ inſtituta celebritas ꝑ aliq̃ p̃rogati
ua. Et dr̃ a ſolon qd̃ eſt cõe vel a ſoluto. id
eſt firmo atq ſolido q2 ob religionẽ muta
ri nõ dz. Uł dr̃ ſolẽnitas ex eo ꝙ fieri ſolet
in anno. Celebritas ꝟo vocat̃. q2 ibi ñ ter
rena ſ ſolũ celeſtia agunt̃. Solẽnitas aũt
alia eſt feſtiuitatũ. alia ſtationũ. alia leta-
niaꝝ. alia ieiunioꝝ. d quaꝝ ſingulis vide
amus. Solẽnitas feſtiuitatũ q̃ eſt mors ſã
ctoꝝ plurib⁹ noĩbus deſignat̃. Uocat̃ eñ
feſtiuitas feſtũ celebritas. natiuitas. nata
lis vel natale ſiue nataliciũ tranſit⁹ ſeu exi
tus. obitus. paſſio. aſſumptio. depoſitio.
⁊ obdormitio. Feſtiuitas dicta eſt a feſtis

diebus quaſi feſtiditas. eo ꝙ in eis ſola di
uina res agit̃. q̃bus contrarij ſunt faſti in
quib⁹ ius fat̃. Dicit̃ q̃z feſtiuitas quaſi ſã
cti natiuitas. Natiuitas ꝓprie dr̃ feſtũ illi
us natiuitatis q̃ eſt in carne ⁊ in mundo. ⁊
ſm h dr̃ tantũ xp̃i natiuitas. ⁊ btẽ Marie
⁊ bti Joh. bap. quoꝝ tantũ natiuitates in
eccleſia celebrãt̃. Quare ſcti dicant̃ i mor
te naſci iã ſequit̃. ⁊ dicet̃ vbi d octaua age
tur. De celebritate iã dictũ eſt. Natal ꝟo
vel natale vel nataliciũ dr̃ migratio ſctõꝝ
ab hoc ſeculo. q̃a tunc naſcunt̃ deo ⁊ celo
ad gl̃iam ea natiuitate q̃ tendit ad vitam
eternã. indifferent̃ tñ iſta accipiunt̃. Trã-
ſitus dicitur feſtũ de morte ſanctoꝝ. quo-
niam anime illorũ a corporibus exeuntes
ꝑ ignota ſibi ⁊ diuerſa loca trãſeunt. vt ꝑ
celũ aereũ ⁊ ethereũ ⁊ criſtallinũ vt tandẽ
ꝑueniant ad empyreum. Et nota ꝙ mai⁹
eſt feſtum tranſitus alicui⁹ ſancti. q̃z aliqd̃
aliud de illo. vt dicetur ſub feſto aſſumpti
onis. Obitus dicit̃ q2 tunc angeli veniũt
obuiam anime. vt legit̃ de beato Marti-
no. Paſſio dr̃ q2 tunc maxime corpus pa-
titur. ⁊ etiã anima qñ ꝑ violentiã ab inui-
cem ſepant̃. ⁊ obit⁹ vniuſcuiuſq põt paſ
ſio noĩari. q2 ſine amaritudine ⁊ ſine violẽ
tia quadã nulla aĩa de corpe tollit̃. Aſſũ
ptio ꝓprie dr̃ tranſitus btẽ marie. Depo-
ſitio ꝓprie dr̃ depoſitio bti Joh. euã. q̃ vt
p̃miſſum ẽ locũ ſepulture viuus intrauit.
et ita ſeipm̃ depoſuit. Obdormitio ꝟo dr̃
mors ſanctoꝝ q̃ſi quies. Nã ſicut q̃s poſt
ſomnum integer ⁊ validior fit. ſic ſancti ſi-
ne difficultate reſurgũt in corporib⁹ glori
ficatis quaſi a ſomno euigilantes. Uñ do
min⁹ d lazaro mortuo dixit. Lazarus ami
cus noſter dormit. Uñ apl̃s Nolum⁹ voſ
ignorare de dormientib⁹ ⁊c̃. ¶ Seq̃tur de
ſtationibus videre. Statio aũt ſm Iſid.
eſt obſeruatio ſtatutoꝝ dieꝝ vel temporũ
Dierũ vt quarte ⁊ ſexte ferie ieiuniũ ex ve
teri lege p̃ceptũ. de qua ſtatione in euãge-
lio. ieiuno bis in ſabbato. i. in quarta ⁊ ſe
xta feria ſabbati Tẽpoꝝ que. ſ. legalibus
ac propheticis inſtitutõnibus determina
tis tẽporibus ſtatuta ſunt vt ieiuniũ men-
ſis. quarti. quinti. ſeptimi ⁊ decimi. Uł ſi
cut in euangelio dicitur. Dies illi in qui-
bus ablatus eſt ſpõſus Statio quoq vo-
catur proceſſio ad aliquam eccleſiam ad

exoluēdū ibi grās dō facta. ⁊ dr̄ ſtatio. qꝛ
tūc ſtantes orare ⁊ grās deo pſoluere. nō
flexis genib⁹ debem⁹. nec ieiunam⁹ tēnec
in eis ſupplicatiōis voces fiūt. q̄ oia cū ve-
ſtibus humilitatis in letanijs fiūt. Videt̄
aūt ſtatiōes a veteri lege initium habuiſſe
qm̄ tūc populus iudeoꝝ ⁊ etiā multi gen-
tiles ꝯueniebant in magnis ſolennitatib⁹
ſcꝫ in paſca ⁊ penth. vt ibi orarēt in tēplo
⁊ deo grās pſoluerent ⁊ offerebāt. qđ ad-
huc obſeruat eccl'ia p̄ſertim ytalie. vbi in
hebdomadib⁹ paſce ⁊ penth. ppl's de opi-
dis ⁊ villis adiacentib⁹ ciuitatib⁹ ꝯuenit
ad eccl'iam ep̄alē. Alie ſtatiōes a romanis
habuerūt initiū. q̄ eas maxime frequētāt
q̄ cū itercesſiōib⁹ ſanctoꝝ q̄ꝝ ſuffragia im
plorabant pericula euaſiſſent. cū pceſſiōe
veniebant ad eccl'am illius ſancti cui⁹ pa-
trocinio fuerūt liberati. laudes deo cū gr̄i
arūactionibus pſoluentes. Iſi. dicit i. vj.
ethimo. q ſtatio ex militari exēplo nomē
accepit. p eo q nulla leticia caſtris obue-
niente ſtationē ꝯtriſtatio militū reſcindit
Sunt aūt due ſpecies ſtationū. alie nanq̄
ſunt generales alie pticulares. Generales
ſūt q̄ in predictis duab⁹ ſeptimanis ad ma-
tricem eccl'iam fiunt Particulares ſunt q̄
in diuerſis eccleſijs fiunt p p̄dicta cauſa.
Fiunt q̄ꝫ quādoq̄ obſeruatiōis cauſa. nl'
la alia cauſa intercedēte. vt cū in feſto ali
cuius ſancti. ad eius eccleſiam vadit pro-
ceſſio a maiori eccleſia. Fiunt etiā cum in
feſtis diebus ad diuerſa altaria cū pceſſi-
one ob ſanctoꝝ veneratione venim⁹. In
ſtitutō g̊ ſtationū ex p̄dictis liquet hoc tm̄
addito. qm̄ ſicut romani pro vitandis ſu-
is periculis ſtatuerūt ſuas ſtationes in vr
be ſic ⁊ alij in ſuis ciuitatib⁹ ob cauſas ſi-
miles ſtationes inſtituerūt. In diebus āt
ſtationum voces ſeu cantica leticie cantā-
tur vicꝫ reſponſoria vel antiphone vl' ali-
quid hmōi. Qn̄q̄ etiā tūc miſſa celebrat̄ i
eccleſia ad quā vadūt. ⁊ qn̄q̄ nō. ſed poſt
ſtationē oratione finita redeūt. Et nota q
ppl's p̄mo ꝯuenit in aliqua eccl'ia vicina il-
li in qua debet eſſe ſtatio vt dictū eſt in q̄r
ta pte ſub ti. ð oratione. Nempe btūs gre-
gorius qui ſtatiōes in vrbe ordinauit. xx.
omelias euāgelij diuerſo tpe in illis dicē-
das ðclarauit. alias vō ſtomacho laceſcē
te. alijs pnunciandas cōmiſit. De ſolen
nitate letaniaꝝ i. vj. pte ſb ti. ð rogatōib⁹
dictū eſt. Nota tm̄ q ſtatiōes fiūt ppter p̄
terita picula. Letanie vō q̄ rogatiōes vel
ſupplicatiōes interp̄tant̄ fiūt p piculis eui
tandis vt p̄miſſū eſt. De ſolennitate ieiu
nioꝝ ⁊ de vigilijs ſanctoꝝ dictū eſt in. vj.
pte ſub quarta feria q̄rte dn̄ice ð aduētu.
Hoc etiā nota q natale dn̄i feſtū eſt patris
qꝛ p eū filius innotuit mūdo. In h̄ ei appa
ruit charitas dei q nobis dedit filiū ſuuꝫ.
ſicut dicit b. Johes feſtū tm̄ patris: filij eſt
⁊ ſpirituſſancti. In h̄ em̄ q dr̄ verbū intel
ligit̄ pat̄ verbi. ⁊ etiā alia rōne. qꝛ. ſ. filius
patrem manifeſtauit mūdo. Paſca vō eſt
feſtū filij. qꝛ tūc xp̄s a mortuis reſurrexit
⁊ verus deus apparuit. Et nota q ſolēni-
tas paſce anthonomaſice dr̄ ſolēnitas ſo-
lennitatū ſic̄ dr̄ ſancta ſctōꝝ ⁊ cantica cāti-
coꝝ eo q alia ſctā ⁊ alia cantica excedunt.
inde eſt q oēs dies dominicos reciproca-
mus. i. oms dies dn̄ice ſunt octaue huius
feſti. Dr̄ etiā feſtiuitas feſtiuitatū. tū qꝛ p̄
ma eſt oim feſtiuitatū tū qꝛ oēs hac dn̄ica
cōicare dn̄t. In q̄buſdā tm̄ locis q̄dlibꝫ ma-
gnū feſtū paſca vocat̄ q̄ſi trāſitus qꝛ ð vi
cijs ad v̄tutes trāſire debem⁹. Pentheco
ſte eſt feſtū ſpū ſſancti. ⁊ quelibet iſtaꝝ ſo-
lennitatū eſt ſolēnitas totius trinitatis. qm̄
indiuiſa ſunt opa trinitatis. lꝫ vt p̄miſſū ē
quelibet iſtaꝝ magis vni q̄ꝫ alteri approp̄e
tur. Nō eſt etiā ignorādū q ppl's iſraeliti
cus tres principalit̄ celebrabat ſolēnitates
p̄mū erat phaſe ſiue dies azimoꝝ qđ ē pa
ſca. qꝛ tūc de⁹ eos liberauit a ptāte phara
onis de ſ̄uitute egypti. ⁊ a pcuſſiōe ange-
li linitis poſtib⁹ de ſanguine agni imolati
Nō em̄ fuit dom⁹ alicui⁹ egyptij vbi mor
tui nō iacerent niſi dom⁹ iudeoꝝ vbi nul-
lus mortuus eſt. Scđm erat penthe. qꝛ tc̄
ſuſceperūt legē vt dictū eſt in. vj. pte ſb ip
ſo feſto. Tertiū ſcenophegia in ſeptembri
qđ ex greco interp̄tat̄ dedicatio ſiue fixio
tabernaculorum. popul⁹ em̄ iſraelitic⁹. xl
annis in tabernaculis habitauit. in cuius
rei memoriam iudei hoc feſtum celebrant
quaſi in tabernaculis degentes. ſcenos ei
grece tabernaculū dicit̄. Hec feſta que ſe-
ptem dieb⁹ protelabantur p̄cipua dicebā
tur. ⁊ ſabbatum qđ interueniebat diceba
tur ſabbatū ſabbatorum. i. ſabbatū ſctōꝝ
Verū ſupaddiderūt ⁊ alia feſta ob euen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus varſos vt encenia qđ celebrabant he-
brei i hieme. ſ. i octobri ⁊ vocabāt encenia
nouā dedicationē tēpli. Cenon ei grece dr
nouū latine. Vñ qñcūq̧ aliqđ nouū fuerit
đdicatū encenia vocat̃. nā ⁊ ſi q̇s noua tu
nica induit̃ enceniare dr. nos aūt duo illo
rū hūamꝰ. ſ. paſca ⁊ pente. ſꝫ alia rōne q̄ꝫ il
li. ipi ei celebrabāt paſca. qꝛ tūc ab egypti
aca ſuitute liberati ſunt. nos vo qꝛ tūc ꝑ
xp̄m redēpti ſumꝰ. Illi celebrabāt pēthe.
qꝛ tūc ſuſceperūt legē. nos vo qꝛ tūc ſpm̄
ſctm̄ accipimꝰ. Itē illi ſuſceperūt legē in ta
bulis lapideis ad duriciā cordis notandā
extrinſecus ſcriptā. qm̄ vſq̧ ad ſpiritualē
lr̃e intellectū nō ꝑtingebāt. ſꝫ ſpūſſctūs da
tus eſt. lxxij. diſcipul' i corde digito dī ſpi
ritualē intelligētiā eis dictāte. Scenophe
giaz et̃ q̇dāmō celebramꝰ i aſcēſiōe dn̄i q̇a
ꝑ tabernaculū intelligimꝰ corpꝰ dn̄i i q̄ ſb
humanitate ditas latuit. iux̄ illud pš. In
ſole poſuit tabnaculū ſuū. Hoc itaq̧ tab/
naculū xp̄s in mortali carne nō figebat. q̇
niā exultauit vt gigas ad currēda viā di-
ſcurrēs đ loco in locū vt ſuſceptū miniſte-
riū adimpleret. ſꝫ tūc fixit ⁊ ſtabiliuit tab-
naculū. i. corpꝰ ſuū cū aſſūptꝰ ē in celū ſe/
dens ibi ad dextrā dei pr̄is ⁊ req̇eſcēs i pa
trimonialibꝰ patris bonis donec ponat in
imicos ſuos ſcabellū pedū ſuoꝝ. Hec ita-
q̧ tria feſta recte i euāgelio ſpūal'r celebra
mus. Nā iuxta pſalmiſtā. xp̄s captiuā du
xit captiuitatē qñ i paſca reſurgēs victos
ſuos eduxit đ lacu in q̄ nō erat aqua. aſcē-
dit in altū cuꝫ in aſcēſione exaltatꝰ eſt ſup
celos celoꝝ ad orientē. dedit dona hoibꝰ
cū in pēthe. effudit đ ſpirituſſancto ſuper
oēm carnē. Quarta vo feria pꝰ dn̄icaꝫ de
paſſiōe eſt đ encenijs ꝓut ibi dictū eſt i. vj
ꝑte. Erāt quoq̧ ⁊ alie q̄ttuor ſolēnitates.
nō tn̄ ita ſolennes ſicut p̄cedētes vicꝫ ſabba
tū feſtū clāgoꝛ'. feſtū ꝓpiciatiōis ⁊ neome
nia. Siq̇dē apđ hebreos neomenia dicta
eſt. qꝛ ſm lunarē curſū mēſes ſuꝑputabāt
Mene grece luna vocat̃. inde neomenia.
id eſt noua luna. Apud nos vo neomenie
ſunt kalende Erant eñ aput hebreos ipi
dies kalēdaꝝ ex legali inſtitutiōe ſolēnes
Sane ꝯſtantinꝰ impatoꝛ ꝑtes trāſmarias
petēs inuenit euſebiū ceſarieñ. epm viruꝫ
ſctiſſimū cui dixit. Pete a me vñ eccl'a tua
ditet̃. Ille vo reſpondit. Eccleſia mea ſa-
tis abundat in diuitijs. ſed rogo te vt mit
tas ꝑ partes mundi ⁊ noia ſanctoꝝ ⁊ tpa
paſſionū. ⁊ ſub quibus ⁊ qualiter ⁊ i qui-
bus locis paſſi ſunt reſcribas. Quod fcm̄
eſt. Et refert Euſebiꝰ q̧ quolibet anni die
pluſq̄ꝫ quinq̧ miliū ſanctoꝝ feſta concur-
runt. excepta die kalendarū ianuarij. q̄ in
tendebant gentiles epulis ⁊ ſolennitatibꝰ
nō ad martyrizandū ſanctos. Et Hier. di
cit idem in ep̄la q̄ ſuo kalendario preponi
tur. Vñ Gregꝰ. di. Totus mūdus eſt ple
nus ſctis. Et ſilr haymo dixit de angel. q̧
ſi q̇s creaturas ſpirituales videre poſſet.
videreꝫ eas ebullire in aere. ſicut minimos
athomos in ſolis ſplendore. Et nō. q̧ nul
lus aſcribendus ſeu annumerandus ē ca/
cathalago ſiue numero ſanctoꝝ niſi ꝑ ro-
manum pontificem. ⁊ niſi facta prius cla-
ra fide de illius vita ⁊ miraculis. Dicitur
autē cathalogꝰ vniūſalis ſmo a catha qđ
eſt vniūſale ⁊ logos qđ ē ſmo. Et letania
ſiue kalēdariū in quibus enumerant̃ ſan-
cti ꝑ romanā eccl'iam approbati dr vl'is ſer
mo. Ceteꝝ ſm decretū ꝯcilij affricani. nl'
la memoria martyrū ꝓbabilit̃ ſiue ſolēni-
ter accipiat̃ niſi aut vbi corpꝰ martyri aut
certe relique ſunt aut vbi fuit origo habi-
tationis vel poſſeſſionis illius. Nam alta
ria que ꝑ ſomnia ⁊ inanes quaſi reuelatō-
nes quorūlibet hoim vbicunq̧ conſtituū
tur omnino reprobant̃. Item ſtatutū ē in
ꝯcilio aurelian. q̧ ep̄s ſi infirmitate nō fu
erit impeditus eccl'ie cui fuerit ꝓrimꝰ pu-
ta ep̄ali die dominica deeſſe non dꝫ. Que
aūt feſtiuitates celebrandi ſint patet ex cō
cilio lugduñ. in quo ſic ſtatutū ē. Dies do
minici feriandi ſunt a veſpa in veſperam.
Itē feſtū natalis dn̄i. ſancti ſtephani. ſan-
cti Joh. euā. innocētū. ſancti ſilueſtri. cir-
cūciſiōis. theophanie ſiue ephie. paſca cū
tota p̄cedenti ⁊ ſequenti hebdomadibus
rogationes cuꝫ tribus diebus. aſcēſio dn̄i
penthe. cū duobꝰ diebus ſequentibus. ſā
cti Joh. bapt̃. duodeci apl'oꝝ. ſcti laurētij
feſtiuitates btē marie. oēs dies dn̄ici. đdi
catio ſcti michael. dedicatio cuiuſlibꝫ ora
torij. feſtū oim ſctōꝝ. ſcti martini. ille feſti
uitates. ſ. ſctōꝝ canonizatoꝝ quas ſinguli
ep̄i in ſuis eccleſijs cū clero ⁊ pp'lo decreue
rūt celebrandas. Reliquis vo feſtiuitati-
bus q̄ ꝑ annū ſunt non ſunt populi cogen-

dī ad celebrādū ſiue feriādū. nec ꝓhibēdi
Quot pſalmi ꝗt rñſoria ⁊ ꝗt lectiōes ⁊ ꝗre
in feſtis dicāt dictū ē in. vj. ꝑte ſb ti. ꝺ no-
cturnis. Quedā aūt feſta dicūt in totum
duplicia ꝗdā ſimplr̄ duplicia. ⁊ quedā ſe-
miduplicia. Dicūt ꝗdē duplicia i ꝗbuſdā
eccleſijs ꝓ eo ꝙ rñſoria tam maiora ꝗꝫ bre
uia ⁊ ꝟſus a duob⁹ cantant. ⁊ qꝛ oīa inci-
pienda a duob⁹ incipiunt. ⁊ qꝛ antiphe in
matutinis ⁊ veſpis duplant. dicūt em̄ cō
plete ⁊ añ pſalmū ⁊ p⁹ ſic̄ eſt feſtū natalis
dñi. ſcti ſtephani ꝓthomartyris. ſcti ioħ.
euā. circūciſionis dñi. ephe purificatiōis.
annūciationis. reſurrectōis aſcēſiōis. pē-
the. ſcti ioħ. bapt. aplōꝝ petri ⁊ pauli. ſcti
laurētij. aſſumptōis btē marie ꝟgis. nati-
uitatis eiuſdē ⁊ dedicatōis baſilice. Pre-
miſſa ꝗdē ſunt maiora duplicia feſta. Mi
nora aūt duplicia feſta ſūt. ſcda ⁊ tertia fe
ria infra octauas reſurrectōis. Itē ſcda ⁊
tertia feria infra octauas penth. ꝯmemo-
ratio ſcti pauli aplī. octaua aplōꝝ petri et
pauli ⁊ aſſumptōis ⁊ ꝗdlibꝫ feſtū qđ vna
queqꝫ eccl̄ia duplex ordinauerit celebrari
Semiduplicia aūt feſta ſunt in ꝗb⁹ p̄miſ-
ſa oīno nō obſeruant. ꝟ tātū tertiū ſextuꝫ
⁊ vltimū rñſoria cātāt a duob⁹ nec incipit
a duob⁹ nec duplāt antiphe lꝫ ꝟſus ⁊ bre
uia rñſoria a duob⁹ dicāt. Et ſꝫ h̄ ſemidu
plicia feſta ſcōꝝ. andree. nicolai. lucie. tho
me aplī. innocentū. octaua ephie. agnet.
ꝯuerſiōis ſcti pauli. agathe mathie cathe
dra ſcti petri. gregorij. auguſtini ambroſij
hieronymi. philippi ⁊ iacobi. marci euan.
inuētōis ſctē crucis. reuelatōis ſcti micha
elis. octaua aſcēſiōis. ioħ. añ portā latinā
barnabe aplī. octaua ſcti ioħ. bapti. marie
magdalene. iacobi aplī. petri ad vincula.
octaua ſcti laurentij. bartholomei. decol-
latio ſcti ioħ. bapti. octaua natiuitat btē
marie. exaltatōis ſctē crucis. mathei. luce
ſymonis ⁊ iude. martini. cecilie. katherie
⁊ alia ſm ꝯſuetudinē cuiuſcunqꝫ eccleſie.
¶ Sane iō hec varietas circa feſta ſuatur.
qm̄ ſic̄ ſm aplm̄ ſtella differt in claritate a
ſtella. ſic̄ etiā erit reſurrectō mortuoꝝ. Cū
ꝰ ſm btm̄ dionyſiū eccl̄iaſtica hierarchia
repreſentet aliqualit̄ in ſuis actionib⁹ ſeu
ordinationibus celeſtē hierarchiā in q ſci
ſm diuerſitatē meritoꝝ ſuoꝝ diſponūtur
ideo ad h̄ repn̄tandū varietas diuerſorū
officioꝝ in nr̄a eccl̄ia repit. Que igit feſta
in totū duplicia. q ſimplr̄ duplicia. ⁊ q ſe-
miduplicia dici debeāt. liquido pꝫ ſm mi
ſticū intellectū. Nā ſm ſctōs viſio dei erit
p̄miū oīm btōꝝ. Que quidē viſio erit ma
ior vel minor i oīb⁹ ſm qꝫ h̄ poſiti magl vl
minus in charitate que eſt radix oīm meri
toꝝ ꝓfecerūt. Verūtn̄ ſunt ꝗdā ſpālia me
rita. ſm q aliq ſpecialia p̄mia habentibuſ
alia merita. in futura glīa ꝯferent. vñ ſpe
ciale p̄miū ſupra eſſentialia reddet marty
rib⁹ doctorib⁹ ⁊ virginib⁹. qđ p̄miū aure-
lea dr̄. ita ꝙ ꝗtuꝫ ad h̄ aliq ſcti duplex ha
bebūt p̄miū. ſ. eſſentiale qđ dr̄ dei viſio. et
accidētale. ſ. aureolā. ⁊ ſm hec feſta ſctōꝝ
pn̄t dici maiora vel minora. ſ. in ꝗb⁹ p̄mio
rū rōnes magl vl min⁹ repiri pn̄t. Cū igit
btā ꝟgo int oēs ſctōs ſublimiori p̄mio po
tit ꝗtū ad p̄miū eſſentiale. ⁊ rōnes etiā ac
cidentaliū p̄mioꝝ ſibi cōpetūt. ideo ei⁹ fe-
ſtū totū duplex dr̄ eē. Sic eſt etiā i feſtiui-
tatibus ad honorē xp̄i ſtatutis. Quia ꝟo
poſt eos angeli ſm obtinēt locū. ⁊ p⁹ illoſ
aplī ⁊ martyres. ⁊ poſt ipos alij. iō ſm eo
rū plura vel pautiora eſſentialia ⁊ accidē-
talia p̄mia: ipoꝝ feſtū vl totū duplex vl ſe
miduplex vel ſimplex dꝫ ab eccl̄ia militan
te q veſtigia triūphātis imitat cōformiter
celebrari. Quādoqꝫ ꝟo alia ꝯſideratōe di
cunt feſta duplicia. qñ vicꝫ eadꝫ die duo
feſta ꝯcurrūt. ⁊ tūc min⁹ cedit maiori. Nā
die illa ꝺ feſto excellētiori officiū celebrat.
⁊ de minori fit ſolūmodo cōmemoratō ⁊ il
lius officiū ad diē ſequētē reſeruat ſic̄ fit ꝺ
btis petro ⁊ paulo. Si ꝰ eadē die plura fe
ſta ꝯcurrāt ⁊ oēs ſunt martyres illi⁹ q int
eos maioris erit nois officiū celebret. Si
ꝟo alter cōfeſſor ⁊ alius martyr vl marty-
res ſi cōfeſſor maioris ſit nois ꝗꝫ martyr. l
priuilegiatus vt btūs martinus. ⁊ cui⁹ ge
neraliter officiū inſtituit eccl̄ia. dicēdū eſt
officiū ꝺ cōfeſſore ⁊ cōmemoratio faciēda
eſt de martyre. ſin aūt. celebrādū eſt ꝺ mar
tyre. Itē ſi feſtū andree venerit in p̄ma do
minica de aduētu. fiet in ſcda feria de ſctō
andrea. Idē etiā dicim⁹ de quolibet feſto
etiā aplōꝝ ⁊ martyrū. ſi occurrit in premiſ
ſis dñicis p̄uilegiatis. Itē ſi feſtū hñs vi-
giliā cōtingit in ſcda feria. celebrat officiū
ꝺ vigilia ⁊ ieiunat in ſabbato antecedēte.
Si aūt i ꝗcunqꝫ alia dñica a priuilegiatis

id ē. q̄bus hiſtorie appropriate inueniunt
euenerit feſtū aplī. vel alicui᷒ p̄cipui mar
tyris vel alteri᷒ ſancti q̄ ꝓpriuꝫ habeat of
ficiū attendendū ē vtrū ſeq̄ues hebdoma
da ſiue ſinguli dies ipſius ꝓpriuꝫ habeat
officiū qđ ſi hꝫ fiet officiū de dn̄ica ⁊ feſtū
ſancti fiet in ſcđa feria. Si vero non habet ſi
et officiū de feſto in dn̄ica. ⁊ officiuꝫ dn̄ice
fiet i ſcđa feria. ⁊ ſic dn̄ica q̄n̄ꝙ cedit feſto
q̄n̄ꝙ econuerſo. Circa vigilias ſctōꝝ q̄re
ſic vocant̄ ⁊ vn̄ ortū habuerūt dictuꝫ eſt
in. vj. pte ſub q̄rta feria tertie hebdoma/
de aduent᷒. ¶ Porro circa feſta q̄ i ſeptu
ageſima ſeu in tp̄e paſſionis ſiue añ illud
occurrūt. ſicut ē feſtum ſancte agathe. ca=
thedra ſancti petri. ſancti mathie. annūci
ationis dn̄i. feſtū ſācti gregorij. feſtū etiaꝫ
patroni cuiuſlibet eccl'ie ſi acciderit vl' an=
niuerſariū illi᷒ vel paſca alicui᷒ annotinū
generaliter dicim᷒ ꝙ cātica laudis. ſ. Te
deū laudam᷒. Gl'ia i excelſis ⁊c̄. ⁊ ite miſ=
ſa ē in illis debēt cātari ⁊ oia q̄ cātarent̄ in
illis. ſi in alijs tp̄ib᷒ ꝯtingerent p̄ter all'a.
q̄m feſta hm̄oi ad tp̄s paſce pertinere no=
ſcunt̄. Sꝫ q̄re nō d̄r tunc all'a ſicut alia cā=
tica leticie. Rn̄deo q2 illud ē magis canti
cū leticie q̄ꝫ alia q̄ ſūt magis obſecratiōes
ſeu grārūactiones q̄ꝫ cātica leticie. lꝫ etiaꝫ
in illis ſit aliqua leticia p̄ſertim i cātu. Si
vero apponat̄ ꝙ gl'ia in excelſis qđ ē ꝓpriū
natalis dn̄i ⁊ ite miſſa ē. qđ eſt laus ſeu cā
ticū reſurrectiōis. ⁊ te deū laudamus. qđ
ſignificat leticiā ꝓ dragma inuenta nō de
beāt in feſto annūciatiōis dn̄i cātari. ꝓ eo
ꝙ p̄miſſa in aduētu dn̄i nōdū ſua tp̄a ha/
bebāt. q2 dn̄s nōdū ea i reb᷒ humanis fue
rat ꝓſecut᷒. Rn̄dent q̄ ſolennizare ꝯten/
dūt ꝙ h̄ feſtū ē oiuꝫ feſtorū xp̄i q̄ſi fons et
origo ſeu initiū. q̄m ⁊ ſi natale dn̄i vel paſ
ſio vel inuētio dragme nōdū erat in re vel
in tp̄e. habebāt̄ tn̄ in ſpe. q̄m in ſpe eoruꝫ
ꝓdigia p̄cedebāt. Annotinū paſca vocat̄
q̄n aliq̄s dié q̄ baptizat᷒ ē celebrat annua
tim qđ forte ſumit̄ a gentilib᷒ q̄ diem in q̄
ad miſeriaꝫ naſcebant̄ natalicitū obſerua/
bāt. in q̄ celebratiōe officiū paſce debet cā
tari p̄ter all'a ſi in tp̄e quadrageſime ꝯtin
gat. Et nota ꝙ h̄ tria ſcꝫ Te deum lauda
mus. Gl'ia in excelſis. ⁊ Ite miſſa eſt. ſeſe
cōcomitant̄. ⁊ eſt ratio. Naꝫ gl'ia in excel
ſis: ſignificat illud ineffabile gaudium qđ
angel᷒ paſtorib᷒ nūciauit dicēs: Annūcio
vob̄ gaaudiuꝫ ma. q2 natus eſt vobis ho
die ſaluator. Ite miſſa ē. qđ ē dictū. ite ad
ꝓpria miſſa ē cōſūmata. deſignat acceſſū
paſtoꝝ ad locū natiuitatis xp̄i dicentium
ad inuicē poſt angelicam annūciationem
Tranſeam᷒ vſꝙ bethleē ⁊ videam᷒ h̄ ver
bū qđ factū eſt. Quia ergo poſt annūcia/
tionē angeli ſecut᷒ ē paſtoꝝ acceſſus. ido
merito q̄n ſacerdos dicit. Gl'ia in excelſis
i quo p̄dictū angelū rep̄ſentat. debet etiā
dici. Ite miſſa ē. Silr̄ ⁊ q̄n hec duo di/
cunt̄ vel omittunt̄. Te deuꝫ laudam᷒ ad
nocturnos d̄r vel omittit̄ q̄m ibi gaudiuꝫ
⁊ laudes celi ⁊ t̄re creatoris ⁊ creature ca
pitis ⁊ miniſtroꝝ deſignāt̄. Sicut ⁊ i gl'ia
in excelſis celū ⁊ terra creator ⁊ creatura
caput ⁊ mēbra. cuꝫ laude ⁊ gaudio nomi=
nant̄. imo fere oia q̄ ibi implicite ꝯtinent̄
h̄ explicite ponunt̄. merito igit̄ quando il
lud d̄r h̄ non debet omitti. Uerūtn̄ nō ſp
p̄miſſa ſe cōcomitant̄. Naꝫ in feſto cathe
dre beati petri etiā ſi occurrat in q̄drageſi
ma q̄dam eccl'ie dicunt. Te deū laudam᷒
ceteris laudib᷒ tacitis. q2 h̄ cantico vti ſo
lem᷒ ad intronizādos in ſedes ſuas. ⁊ be=
atus petrus ea die fuit in cathedra antio=
chena intronizat᷒. Itē in cena dn̄i d̄r Glo
ria in excelſis. ⁊ ite miſſa eſt. ſi ep̄s aſſit et
chriſmatis celebret officiū. ⁊ i ſabbato ſā/
cto dicit̄. Gloria in excelſis. ſ; non ite miſ=
ſa eſt. In ip̄is tn̄ dieb᷒ non dicit̄ Te deuꝫ
laudam᷒. Itē in die natiuitatis dn̄i dicit̄
Gl'ia in excelſis in p̄ma miſſa. ſ; ite miſſa ē
non d̄r ne pp̄l's licentiatū ſe credēs. non au
dito matutino diſcedat. Et ꝓpter h̄ etiaꝫ
q̄dam tunc reſeruāt finalem collectā p̄me
miſſe donec matutine expleant̄ cōcluden
tes poſtea miſſam ſub bn̄dicam᷒. Sꝫ alia
ratio ponit̄ in q̄rta pte ſub ti. de oratione
nouiſſima. Scđam etiā miſſam eodē mo/
do finiūt. In q̄buſdam tn̄ eccleſijs d̄r tūc.
Ecce cōpleta ſunt oia. nec datur pp̄l'o licē=
tia recedendi vt ſciat ſe debere tertiā miſ/
ſam audire. in q̄ demū d̄r. ite miſſa eſt. In
eccleſijs aūt in q̄bus fit officiuꝫ ambroſia
nū in tp̄e quadrageſime nullius ſancti fe
ſtiuitas celebrat̄. ſed tm̄ cōmemoratio fit.
⁊ idip̄m antiqua decreta in alijs eccleſijs
ſuari iubebāt. ⁊ antiquit᷒ cōiter ſic fiebat
In illis quoꝙ eccleſijs prius ſacrificatur

euangeliũ cantꝫ. De officio feſtoꝝ q̃ tp̄e
aduent⁹ occurrũt dictũ ẽ in. vj. pte in ti. d̄
tp̄e aduent⁹. De feſtis vero a reſurrectione
vſqꝫ ad octauã pente. hec regula generali
ter in q̃buſdã eccleſijs ſuatꝫ. ꝙ in oib⁹ ſan
ctoꝝ feſtis canitꝫ hiſtoria. Beat⁹ vir. Hec
in apl'is martyrib⁹ ꝯfeſſorib⁹. ⁊ v̄ginib⁹.
hec in vno ⁊ i plurib⁹ frequẽtatꝫ. Vir eni
iſte beatus xp̄s ẽ. ſm̄ regulam ticonij. ca=
put ⁊ mẽbra. Hic ẽ eni martyr de quo d̄r i
antiphona. Filie hierl'm. quẽ caput coro=
nauit dn̄s ſtola imoꝛtalitatis in h̄ tp̄e ſolẽ
nitatis ⁊ leticie. et ſm̄ mẽbra poſtea coro/
nabit i illo tp̄e qđ p̄ iſtud ſignificatꝫ quod
erit eternitatis ⁊ gl'ie. Hic ẽ q̃ loquitꝫ in of
ficio. qđ h̄ tp̄e frequentatꝫ ſcꝫ Protexiſti
me de⁹. Hic ẽ vitis vera ⁊ ſancti ſunt pal=
mites. ſicut d̄r in euãgelio. Ego ſum vitis
vera Joh. xv. c. qđ ſiĺiter h̄ tp̄e frequentatꝫ
Et ſm̄ p̄miſſa ptꝫ ꝙ etiã in feſto duoꝝ vel
pluriũ ſctōꝝ dꝫ dici in p̄dicta antiphona.
Filie hierl'm venite et videte martyrẽ ſcꝫ
xp̄m. ⁊ nõ martyres. et alia i plurali ſicut
faciũt q̃dã Frequẽtam⁹ aũt h̄ tp̄e i feſtiui
tatib⁹ ſanctoꝝ idẽptitatẽ officioꝝ eo ꝙ in
ſuo ſignificato idẽ erit denari⁹ oĩuꝫ. et qꝛ
tũc gloꝛificati erim⁹ vnũ cuꝫ xp̄o h̄ tẽpoꝛe
gloꝛificato. ¶ Sꝫ q̃ritur q̃re in tp̄e paſca/
li nõ celebꝛam⁹ feſta ſanctoꝝ q̃ cuꝫ xp̄o re
ſurrexerũt vel cũ eo celos aſcẽderũt. De/
bem⁹ eni de illoꝝ gloꝛificatiõe gaudere et
ſolẽnizare ſicut ⁊ de alijs ſanctis. cũ certi
ſſimus eos celos aſcẽdiſſe. Rñdeo idõ nõ
ſolennizam⁹ qm̃ ad inferos deſcẽderunt.
ſolennizam⁹ eni ſctōꝝ natalicia qñ videlꝫ
celo nati ſũt. vt p̄miſſum ẽ nõ qñ inferno.
d̄ q̃ dictũ ẽ in. vj. pte ſub paſceue. Poteſt
etiã dici ꝙ de gloꝛificatiõe illoꝝ in aĩa i pa
ſca vel ſaltẽ in aſcẽſione feſtare deberem⁹
ſed nõ poſſum⁹ ꝓpter autoꝛitatẽ officioꝝ
illoꝝ dierũ. Obumbꝛaretꝫ eni ſolẽnitas il
loꝝ autoꝛitate maioꝛis ſolẽnitat꞉. qꝛ adue
niẽte p̄ncipe ceſſat magiſtrat⁹. Et ideo ſta
tutũ fuit vt p̄ alia tp̄a anni dieb⁹ q̃bus eis
dedicate fuerint eccl'ie feſta illoꝝ celebꝛẽtꝫ
Vel ſm̄ bedã in dedicatiõe eccl'ie in q̃ no=
uem lectiões dicũtꝫ fit feſtũ de illis. ſicut ⁊
feſtũ beati iohis bap. fit ad finẽ auguſti. q̃
tñ circa paſca moꝛtu⁹ fuit. ⁊ feſtũ beati ia=
cobi cõpoſtelle in iulio. q̃ tñ fuit tp̄e paſca
li occiſus. Beat⁹ q̃ꝫ petr⁹ apl'ſ fuit incar/
cerat⁹ h̄ tp̄e. Facta ẽ eni p̄dictoꝝ feſtoꝛuꝫ
mutatio. qꝛ tanta erat feſtiuitas principiſ
oĩuꝫ ꝙ non poterãt tũc celebꝛari ſolẽnita=
tes ſatellitũ. iuxta illud Cede maioꝛi. Ve
rũtñ feſta ſctōꝝ veteris te. vt abꝛaã yſaac
dauid. danielis. ⁊ alioꝝ p̄ greciaꝫ ⁊ apud
venecias coli dicũtꝫ. ⁊ ibi habere eccl'ias.
De machabeis d̄r ꝓut ſub ip̄o feſto dicetꝫ
¶ Circa octauas notandũ ẽ ꝙ octauã diẽ
leuitic⁹ liber inſinuat dicẽs: Dies octau⁹
erit celeberrimus atqꝫ ſanctiſſim⁹. Sane
octaue ſanctoꝝ idõ celebꝛantꝫ. qꝛ ſicut pri=
mus dies ſignificat natiuitatẽ eoꝝ ſcꝫ q̃li=
ter naſcũtur celo ⁊ in ſocietatẽ angeloꝝ et
ſctōꝝ patꝝ qñ aĩe eoꝝ a coꝛp̄ibus ſepantꝫ
ita in octauis recolẽtes reſurrectionẽ coꝛ/
poꝝ cõgratulamur reſurrectioni eoꝛũ Et
attẽde ꝙ quoꝛũdã ſctōꝝ celebꝛãtꝫ octaue.
ne h̄ myſterium lateat. nõ aũt oĩuꝫ ne vile
ſcat. Si eni nõ valem⁹ oĩa feſta celebꝛare
ſctōꝝ quãtomin⁹ octauas eoꝝ. Si igitur
alioꝝ ſanctoꝝ octaue ſolẽnes ſũt. quanto
magis ſancti ſctōꝝ ſcꝫ dñi natiuitat꞉ octa=
ua ſolẽnis erit. Videtur autẽ ꝙ natiuitas
dñi nõ habeat octauã. qꝛ illa tendebat ad
moꝛtẽ. Obitus eni ſctōꝝ idõ hñt octauas
qꝛ tũc ip̄i naſcuntꝫ ea natiuitate q̃ eſt ad vi
tam eternã. Poſt illã eni natiuitatẽ que ẽ
in moꝛte ſperãda eſt gl'ia reſurrectionis q̃
datꝫ in octaua non poſt natiuitatẽ q̃ eſt ad
moꝛtẽ. Scd̄m h̄ etiam videtꝫ ꝙ natiuitas
beate marie natiuitas beati iohis bapti.
nõ habẽt octauã nec etiã reſurrectio dñi i
qua dñs recepit ſtolaꝫ coꝛp̄is q̃ generalitꝫ
oibus fidelib⁹ dabitꝫ in octaua. iã eni ipſa
dñi reſurrectio facta erat in re. Quia igitꝫ
diuerſe eccl'ie in diuerſis feſtiuitatib⁹ octa
uas celebꝛãt. ideo ne illas rep̄hendere vi
deamur dicim⁹ ꝙ duplex eſt octaua ſcꝫ re
uerentie ſiue veneratiõis ſiue deuotionis
⁊ inſtitutiõis. Octaua reuerẽtie ẽ feſtiui=
tatũ paſce pẽte. natiuitat꞉ beate v̄ginis. ⁊
bt̄i iohis. Celebꝛãtꝫ eni octaue eoꝝ ꝓ ſola
deuotiõe nõ ꝓ alio myſterio Octaua etiã
deuotiõis ẽ in ſanct꞉ patronis eccl'iaꝝ et i
ſancto nicolao ⁊ in maria magda. ⁊ ſiĺib⁹
q̃ octauas nõ habẽt. ſꝫ q̃dã eccl'ie ob deuo=
tionẽ eas faciũt Octaua vero inſtitutionis
q̃drip̄tita ẽ. qꝛ eſt octaua ſig̃ficatiõis ſup=
pletiõis. alteri⁹ negocij ſignificatiõis ⁊ fu
ture gloꝛificatiõis. Octaua ſignificatiõis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt vt octaue ſctoꝝ vigilias habētū. ⁊ fe/
ſti dedicatiõis eccl'ie. qđ fit i ſignū ꝙ dedi
cabit eccl'ia. i. extrema ⁊ pleniſſima dedi/
catiõe dicabit tūc. i. copulabit xp̄o. dica=
re eni ē copulari. Et octaue martyruꝫ. q꞉
ſpi ꝑ ea q̄ paſſi ſūt ⁊ ex eo ꝙ hāc vitam ꝓ
nihilo habuerūt oſtēderūt ꝙ erat vita im
mortalis. Vñ octaue innocētum dici pñt
octaue ſignificatiõis. quia ꝑ eas reſurre/
ctio nr̄a ſignificat ꝓut ſb feſto illo dicet.
⁊ etiā octaue beatoꝝ petri ⁊ pauli ⁊ q̄run
dā ſctoꝝ q̄ ſignificāt ſtolā ſc̄dā ſcꝫ glorifi=
catione. quā i octaua etate habituri ſunt.
Sꝫ q̄re ob ſīleꝫ etiā cām nõ celebrat octa
ua paſſiõis dñi. Qꝛ eni xp̄s q̄ eſt ſol iuſti
cie nat' ē nõ ꝓpt ſe ſꝫ vt lux nr̄is mētib' q̄
eram' in tenebris appareret. ſic etiā bapti
zat' ē non ꝓpt ſe ſꝫ vt nr̄a pctā lauaret. ſic
mortu' ē non ꝓpter ſe vt nos moreremur
pctō ꝑ qđ nos liberaret a morte. Rñdeo
idō q꞉ ſupueniēs feſtū leticie obumbrat ⁊
abolet cõmemoratione triſticie Preterea
lꝫ reddat rõ q̄re p̄miſſe octaue fiāt ñ tñ vſ=
queq̄ in ſilib' exigit ꝙ octaue fiāt. Nā
xp̄s fuit circūciſus carnalit vt circūcida/
mur ſpūaliter. ieiunauit vt ieiunem'. pe=
des lauit vt lauem'. nec tñ octauā iſtoruꝫ
aut ſimiliū celebram'. Sꝫ et octaue ſctoꝝ
ob cauſam diſſimilē celebrāt vt p̄miſſū ē.
Rurſus diſſimilē hꝫ cām octaua paſcalis
ſolēnitatꝭ cui nõ fit octaue miſteriū. Octa
ua tñ addit ꝓpt octo beatitudines q̄ in il
la ſolēni octaua ꝑcipiūt ꝓut dictū ē ibi. ⁊
etiā octaua pēte. q̄ ⁊ idō celebrat vt opeꝝ
ſpūſſācti ꝯſūmatio declaret. Eſt eni oīuꝫ
octauarū rõ generalis q꞉ ſcꝫ octaua redit
ad caput qđ ⁊ de beatitudinib' i libro de
doctrina xp̄iana aſſerit Aug'. Ideoq̄ di/
es p̄mus ē ⁊ octau' ſcꝫ dñic'. ⁊ idō reſur/
rectio dñi dr̄ facta i octaua. i. in die dñica.
Idcirco igit obſeruat celebritas octaua/
rū vt reuertamur ad p̄mū innocētie ſtatū
in cui' innocētie recordatiõe i octaua die
circūciſio agebat vt mens circūciſa fieret
ab oī carnali cõtagione. ¶ Octaua ſupple
tionis ē octaua natiuitatis dñi. q꞉ i ea ſup
plem' qđ min' factū ē in feſto natiuitatis.
q꞉ eni i natiuitate multū actum ē de ꝑtu ⁊
paꝝ de ꝑturiēte. idō in octaua pleni' agit
de ꝑturiēte qđ apparet i rñſorijs ⁊ in anti=
phonis laudū ⁊ i diurno officio ipi' octa/
ue. Et ob ſīleꝫ etiam cām celebrat octaua
ep̄hie. ¶ Octaua alteri' rei ſignificatiõis
ē ſīliter octaua natiuitatis ꝓut ibi dictū ē
⁊ octaua agnetꝭ. i ea eni repñtat ꝙ beata
agnes octaua die viſa ē glorioſa a q̄buſdā
fidelib' ꝓut ſb ipō feſto dicet. ¶ Octaua
future glorificatiõis ē vt octaua obit' cu=
iuſlibet ſancti. Itē nõ ꝙ tātū beat' ſtepha
nus ⁊ laurēti' hñt iter martyres octauas
inſtitutiõis. ſol' vo. b. martin' iter ꝯfeſſo
res. De octauis paſce et aſcēſiõis ⁊ nata=
lis dictū ē in. vj. ꝑte ſub ti. de paſca. Licꝫ
aūt regularit in octauis feſtiuitatū fiat in
miſſa officium ſic in ipis feſtiuitatib' ꝑ eo
q꞉ octaua eadē dies cū ipō feſto cenſet. Hꝫ
tñ fallit i octauis apl'oꝝ petri ⁊ pauli in q̄=
bus dr̄ officiū de martyrib'. Licet eni vna
⁊ eadē die ambo paſſi fuerint nõ tñ eodeꝫ
die de vtroq̄ i eccl'ia ſolēnizat ꝓut ſb eoꝝ
feſto dicet. ideoq̄ vtriuſq̄ officiū neq̄t in
octaua fieri cū vnā diē dūtaxat ambo ha
beant ꝓ octaua. optuit ḡ ꝙ in eoꝝ octaua
aliqđ cõe officiū inueniret. ⁊ idō q꞉ eoruꝫ
martyriū maximi fuit meriti. officiū dr̄ đ
martyribus. q̄uis ⁊ de vtriuſq̄ p̄cipuis
actib' mētio in ipō officio habeat. Fallit
etiā hꝫ in octauis beati laurētij in q̄ tria p̄/
cipue valde cõmēdabilla fuerunt. videlꝫ
pietas i elemoſynis. firma ſtabilitas i fidei
ꝯfeſſione. ⁊ martyriū ſpēale. De p̄mo agi
tur i vigilia. de ſc̄do in feſto. ⁊ idō đ tertio
agi oportuit i octaua. Veruꝫ lꝫ eccl'iaſtica
officia ab aduētu dñi qđ ē tp̄s renouatio=
nis inchoari i ꝓhemio. vj. ꝑtis dixerim'
in hac tñ ꝑte ſimplici' incedētes kalenda
riū ꝓſequemur a mēſe ianuarij. inchoan/
do. de aliq̄b' anni feſtiuitatibus ſeriatim
aliq̄ ſpēalia apponētes videlꝫ. ¶ De ſctis
fabiano ⁊ ſebaſtiano ¶ De ſancta agnete
¶ De ꝯuerſiõe ſancti pauli ¶ De ſctō iu
liano. ¶ De ſancta agatha. ¶ De purifi/
catiõe btē marie ¶ De cathedra ſācti pe/
tri. ¶ De annūciatiõe beate marie ¶ De
ſanctis philippo ⁊ iacobo. ¶ De inuētiõe
ſancte crucis. ¶ De reuelatiõe ſcti micha
elis. ¶ De ſanctis geruaſio et prothaſio.
¶ De ſctō iohē bap. ¶ De ſanctis petro
et paulo. ¶ De maria magdalena. ¶ De
feſto ſeptē fratrū. ¶ De ſctō iacobo apl'o
¶ De ſeptē dormiētibus. ¶ Ad vincula
ſancti petri. ¶ De machabeis ¶ De inuē

tione ſancti ſtephani. ¶ De traſfiguratione dñi. ¶ De ſancto laurẽtio. ¶ De aſſũptione btẽ marie ¶ De ſctõ bartholomeo ¶ De decollatiõe ſancti iohis. ¶ De ſanctis felice et aducto. ¶ De natiuitate btẽ marie. ¶ De exaltatiõe ſctẽ crucis ¶ De ſctõ mattheo aplo. ¶ De ſãctis mauricio ⁊ ſocijs ſuis ¶ De beato luca ¶ De ſimone ⁊ iuda. ¶ De feſto oĩuꝫ ſctõꝝ ¶ De officio mortuoꝝ. ¶ De ſanctis q̃ttuoꝛ coronatis. ¶ De ſctõ martino. ¶ De ſctõ andrea. ¶ De ſctõ nicolao. ¶ De venerabili beda p̃ſbro. ¶ De ſctõ thoma apoſtolo ¶ De feſtis ſctõꝝ ſtephani. iohis euangeliſte. ⁊ innocẽtũ. ¶ De aplis. ¶ De euangeliſtis. ¶ De martyrib⁹. ¶ De ꝯfeſſoribus. ¶ De virginibus ¶ De officio feſti dedicationis ecclie.

¶ De ſanctis Fabiano ⁊ Sebaſtiano

IN feſto beatorũ fabiani et ſebaſtiani duplex collecta ĩ q̃buſdã eccleſijs ĩ miſſa dr ⁊ inſolito moꝛe vtraqꝫ vno ꝑ dñz noſtrum terminaꝛ. Cũ qꝛ ip̃o vnico dei filio ih̃u xp̃o mediãte ambo ad palmaz martyrij ꝑuenerũt. Cum etiã qꝛ lꝫ diuerſis paſſi fuerint tẽpoꝛib⁹. eccl'ia tñ ꝑpter ingentia vtriuſqꝫ merita vtriqꝫ ꝑiter ⁊ p̃ncipaliter ſolẽnizat. ⁊ vtrãqꝫ collectã vno eodẽqꝫ fine ꝯcludit.

¶ De ſancta Agnete.

FEſtum beate agnetis caret octauis ſcꝫ inſtitutionis hꝫ tñ octauã alteri⁹ negocij ſignificatiõis vt iã dictũ ẽ ĩ ꝓhemio Nõ ḡ dr in kalẽdario agnetis ſcd̃o. nõ dr ꝑpter h̃ qꝫ illd̃ ſit feſtũ octauarũ eiuſdem nec ĩ ecclia ꝓnunciaꝛ nec ĩ kalendario ſcribiꝛ octaua. ſ; ẽ alia ſolẽnitas d̃ eadẽ repetita. ꝑpt miraculũ q̃ddaz qd̃ octaua die p⁹ ei⁹ obitũ ꝯtigit ad tumulũ illi⁹ parẽtibus ſuis ploꝛantib⁹. Intelligiꝛ ergo agnetis ſecũdo ſcꝫ feſto. Unde meli⁹ diceretꝛ ſecũdo agnetis. De hoc etiã dictuꝫ ẽ ſub q̃rta ꝑte ſub ſimbolo. Quia v̾o p̃fecti fili⁹ eam adamauit. id̃o recte in ei⁹ feſto cantaꝛ introit⁹. Me expectauerũt pctõres ⁊c̃.

¶ De cõuerſione ſancti Pauli.

cari. ſed circa corpus tantũ. q꞉ in hoc lege ꝓhibitũ fuit. vt iam pmiſſum eſt. Nullus ſ in h̃ officio thurificaẗ. ad notãdũ ꝙ mor tui amodo nil ſuis valẽt oꝛonibꝰ ꝓmereri vñ pſ. Nõ mortui laudabũt te dñe. Ipſa aũt defunctoꝛũ coꝛpa thurificanẗ ⁊ aq̃ bñ dicta aſpgunẗ. non vt eoꝛũ pctã tollanẗ q̃ tũc p talia tolli neq̃unt ſ; vt oĩs immũdoꝝ ſpũum pñtia arceaẗ. ⁊ fiũt etiã in ſignũ ſo cietatis ⁊ cõmunionis ſacramẽtoꝝ quam nobiſcũ dũ vixerũt habuerũt. vñ ⁊ dioni ſius tradit ꝙ antiq̃tus viui mortuos oſcu labanẗ in ſignũ vnitatis quã cum ipſis ha buerũt. ꝑſunt etiã h̃ ⁊ ſimilia inq̃ztũ p ta buerũt. ꝑſunt etiã h̃ ⁊ ſimilia inq̃ztũ p ta lia ipſi deo reuerentia exhibeẗ. Quare au tem duplex ꝟſus poniẗ in introitu ꝓ de functis. ſ. Te decet. ⁊ Exaudi oꝛoez meã. dictũ eſt in. vj. pte ſub ſabbato tertie heb domade q̃drageſime. Itẽ in miſſa ꝓ defũ ctis nõ dꝫ inter miſceri oꝛo ꝓ viuis. ꝓut dictũ eſt in. iiij. pte ſub ti. de oꝛoe. pax eti am nõ daẗ triplici ratõe. pͥmo q꞉ h̃ officiũ vt iam dictũ eſt triduanã xp̃i ſepulturam veſtigio ſeq̃ẗ. vbi pax nõ daẗ ꝓpter iude oſculũ deteſtandũ. ſcđo q꞉ non cõicamus mortuis. q꞉ nõ nob̃ rñdẽt. Nos eñ ſumꝰ i ſexta etate illi in ſeptia. inde eſt ꝙ coꝛpus nũq̃ꝫ dꝫ eſſe in eccl̃a q̃zdiu miſſa de die cele braẗ. imo ſi pͥus eſſꝫ ibi dꝫ aſpoꝛtari extra eccl̃am in veſtibulũ eccl̃e q̃ztacũq; autoꝛi tate viuẽs fulgeret. ⁊ poſtea ad miſſaꝫ de mortuis repoꝛtari. Tertio q̃m ſic̃ ex mł̃tis g̃nis ſił collectis vnꝰ panis ꝯficiẗ ⁊ ex mł̃ tis racemis vinũ eliciẗ. ſic ex mł̃tis fideli bus quoꝝ q̃dam boni q̃daꝫ mali ſunt vna eccl̃a ꝯſtruiẗ ⁊ coadunaẗ. Quia g̃ de moꝛ tuo hoie neſcimꝰ adhuc vtrũ ſit ipſe de cõ formitate eccl̃e ⁊ pacẽ habeat cũ ſuo crea tore ⁊ recõciliatõꝫ. iõ pacẽ ad miſſam non damꝰ. nec aliq̃s laudes ꝓ mortuis referiꝰ q꞉ nõ eſt vñ agendũ ſit. Nõ eñ adhuc ap paret eoꝛũ req̃es. Quarta etiã rõ poſita ẽ in q̃rta pte vbi agiẗ de oſculo pacis. ¶ Il lud q̃ꝫ notandũ eſt ꝙ officiũ moꝛtuoꝛũ in cipit a veſpis. poſtea ſequunẗ vigilie. q̃ꝝ tria ſunt genera. In q̃buſdã eñ eccl̃ijs le gunẗ. ix. lectiões de iob ⁊ incipiũt. Parce mihi dñe ⁊c̃. In alijs legunẗ de libꝛo ſapi entie ⁊ incipiũt. Meliꝰ eſt ire ⁊c̃. In alijs ꝟo de q̃dã ſmone augꝰ. ſ; vndecũq; ſumã tur. abſolute ſine Iube dñe bñdicere. ⁊ ſi ne Tu aũt. vł alio incipiũt ⁊ finiũẗ. ꝓut i exequijs q̃s in dicto triduo ꝓ xp̃o celebꝛa mus ſuaẗ. Uerũtñ in q̃buſdaꝫ eccl̃ijs lo co Tu aũt dñe terminanẗ. Bti moꝛtui q̃ in dño moꝛiuuẗ. q̃ ꝟba ſunt de apoc̃. xiiij Frequentaẗ aũt in h̃ officio pſ. Te decet q̃m ibi agiẗ de reditu filioꝝ iſrł̃a captiui tate in terrã ꝓmiſſionis. ſic ⁊ defuncti de captiuitatis miſeria ad vitã ꝓficiſcũẗ eter nam. Diciẗ etiã pſ. Dñe ne in furoꝛe tuo q̃ cũ ſit ſextus in oꝛdine pſalterij tamen ꝓ octaua intitulaẗ q̃ſi in ſex etatibꝰ per hũc pſalmũ deũ rogãtes vt ſeptime etatꝭ poſſi mus toꝛmẽta euadere ⁊ ad octauã gloꝛiã ꝑuenire. Officiũ mortuoꝝ nõ hꝫ ſecũdas veſpas. vt dictũ eſt in. v. pte ſub ti. de ve ſperis. In ꝯcilio toletañ. ſtatutũ eſt ꝙ ſa cerdos miſſaꝫ defunctoꝛũ celebꝛãs. vt eiꝰ inimicus moꝛtem incurrat deponaẗ. ⁊ tã ipſe q̃ꝫ eũ ad h̃ incitans exilio ꝑpetuo pu niaẗ. ¶ Nunc videndũ eſt q̃liẗ coꝛpꝰ ſepe liendũ ſit. ⁊ q̃dem q̃ñ hõ videẗ agere i ex tremis dꝫ poni ad terrã ſupꝛa cineres vel ad minꝰ ſup paleas. p qđ innuiẗ ꝙ cinis ẽ ⁊ in cinerem reũteẗ. ⁊ fit h̃ exemplo beati Martini. q̃ vt in ſe alijs daret exemplũꝫ in cinere iacẽs vitã finiuit. ⁊ ſi moꝛiẽs lr̃a tus ſit legi dꝫ paſſio dñi vł ſaltẽ pſ illiꝰ añ eũ. vt ſic ad maioꝛẽ compunctõꝫ moueaẗ. Et dꝫ eſſe crux erecta ad pedes vt moꝛiẽs eam cernẽs magis ꝯteraẗ ⁊ cõuertaẗ De bet etiã ſupinꝰ iacere. vt ſp erecta facie re ſpiciat celũ exẽplo. b. martini. ⁊ pͥuſq̃ꝫ ex piret eiꝰ aĩa dño cõmẽdeẗ. Poſtq̃ꝫ ꝟo ex pirauerit campane debẽt pulſari. ꝓut di ctuꝫ eſt in pͥma pte vbi agiẗ de campanis Deinde coꝛpꝰ niſi viuẽs nouiẗ inunctus fuĩt dꝫ lauari. ad ſignificandũ ꝙ ſi aĩa per ꝯfeſſionem ⁊ ꝯtritiõeꝫ a culpa mũdata ſit vtrũq;. ſ. aĩa ⁊ coꝛpꝰ eternã gloꝛificatõem ⁊ claritateꝫ in die iudicij ꝯſequeẗ. ꝙq; illi ſm iohem vere in dño moꝛiunẗ ⁊ bti ſunt q̃ nullã ſecũ poꝛtãt maculã ſ; in h̃ mũdo ꝑ pñiam derelinquũt. Sꝫ cum de hac lotõe neq; in ve. teſta. ſ. Leui. x. c. neq; in nouo ſcꝫ Act̃. v. c. aliq̃d agaẗ ſi omittereẗ nõ mł̃ tum vt aiũt q̃dam curandũ eſſet Et augꝰ. dicit in li. de cura ꝓ moꝛtuis agẽda. coꝛpi hũano qđ poſt moꝛtẽ impendiẗ non eſt ſa lutis ꝑſidiũ ſ; humanitatis officiũ. Uerũ tñ cũ marta magdalena vnxerit dñm ãte

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

paſſionē. Mat. xxvj. fecit em̄ morituro. qđ nō poſſet facē mortuo. Mar. xiiij. ca. Ꝓuenit inq̄t vngere corp⁹ meū in ſepulturam. ex h̓ ꝓbari pōt corpa defunctorū lauanda eſſe. Nā ſic̄ Hiero. ait in originali ſup illđ mat. vj. c. vnge caput tuū. in illis ꝑtib⁹ vnguētis ꝑ balneis vtebāť. Canō tholetan̄. ꝯcilij ſtatuit ꝙ q̄ diuia vocatiōe ab hac vita recedūt cū pſalmis tantūmō ꝛ pſallentiū vocib⁹ ad ſepulcrū deferantur. Dꝫ aūt defunctus portari a ꝯſilib⁹ ſue ꝓfeſſionis. vt ſi fūit diacon⁹ a diaconibus. ſi ſacerdos a ſacerdotib⁹. ſi ſint ibi. aliť nō eſt vis. q: neceſſitas legi nō ſubiacet. clericus a clericꝭ. catholic⁹ a catholicis. Si vō fūit de aliq̄ fraternitate deporteť ab illꝭ q̄ ſunt eiuſdem fraternitatꝭ. Mĺieribus vō non licet corpa ferre. ne coganť corpa ſua laſciuiā incitantia denudare. qđ facile cōtingere pōt. Dū aūt de domo ad eccleſiaꝫ ſeu ſepulturā portať ſm quorūdā locorū morem ter in via pauſať. Pͥo ad ſignificandū ꝙ ip̄e in hac vita exn̄s vt poſſꝫ digne dn̄o pn̄tari. ꝛ cū alijs ſctis ꝑpetua q̄ete ꝑfrui. in trib⁹ ſpēaľr ſeip̄m excitauit. videlicꝫ in dilectōe dei. in caritate ꝓximi. ꝛ in cuſtodia ſui. ſiue ꝙ in fide ſctē trinitatꝭ vixit atq; vitā finiuit. Scđo ad repſentādum ꝙ dn̄s in triduo in vētre terre pauſauit. Tertio tres pauſe fiūt in via. vt ꝑ treſ dictas pſalmodie q̄ tunc dr̄ trina fiat ei abſolutio a delictis trib⁹ modis. ſ. cogitatōe vbo ꝛ ope cōmiſſis. Exo. iij. Viā triū dierum ibim⁹ in ſolitudie. Deinde ponitur i ſpelūca. in q̄ in q̄buſdā locis poniť aq̄ bn̄dicta. ꝛ prune cū thure. Aq̄ bn̄dicta ne demones q̄ multū eā timēt ad corp⁹ accedāt. Solēt nāq; deſeuire in corpa mortuorum vt qđ nequerūt in vita ſaltē poſt mortem agāt. Thus vō ibi poniť ꝓpť fetorē corporis remouendū. ſeu vt defūct⁹ creatori ſuo acceptabilē bonorū opeꝝ odorē intelligať obtuliſſe. ſeu ad oſtendēdū ꝙ defunctis pſit auxiliū orōis. Carbones in teſtimoniū ꝙ terra illa ad cōes vſus amplius redigi nō pōt. Plus em̄ durat carbo ſub tra q̄ aliud. Hedera q̄ꝫ vľ laurus ꝛ hmōi q̄ ſꝑ ſuant virorē in ſarcofago corpori ſbſternunť. ad ſignificādū ꝙ q̄ moriūť in criſto viuere nō deſinēt. nā licꝫ mūdo moriātur ſm corp⁹. tn̄ ſm aiam viuunt ꝛ reuiuiſcunt deo. Alia tn̄ ꝯſideratōe habebāt in funerib⁹ antiq̄ cipſſos. q: vicꝫ ſic̄ cipſſus ceſa non iteꝝ ſurculeſcit. ſꝫ tota moriť. ita hō mortuus nō reuiuiſcit. Fiūt etiam hec nō q: cadauerib⁹ inſit ſenſus. ſꝫ in figuraꝫ vicꝫ. ſ. ad reſurrectiōꝫ ſperandā. vľ ad dei miſdiam ſeu beniuolētiā ꝓuocādā. cui talia pietatis officia placēt. Dꝫ aūt q̄s ſic ſepeliri. vt capite ad occidentem poſito. pedes dirigat ad orientē. in quo q̄ſi ip̄a poſitione orat. ꝛ innuit ꝙ ꝓmpt⁹ eſt vt de occaſu feſtinet ad ortū. de mūdo ad celū. Et in quocūq; loco ex cimiteriū xp̄ian⁹ ſepeliať. ſꝑ crux capiti illi⁹ apponi dꝫ. ad notādum illū xp̄ianuꝫ fuiſſe. q: h̓ ſignū diabolus valde vereť. ꝛ timet accedere ad locū crucis ſigculo inſignitū. Debēt q̄ꝫ fideles xp̄i ſepeliri induti ſudarijs. ꝓut ꝓuinciales obſuāt. qđ ſumūt ex euāgelio in q̄ legitur de ſudario ꝛ ſindone xp̄i. Quidā vō cilicio inſuunť vt hac veſte inſignia pn̄ie repſentēt. Nā cinis ꝛ cilitiū arma ſunt penitentiū. Nec dn̄t indui veſtibus cōmunibus. ꝓut in italia fit. Et vt q̄dam dicūt debent hr̄e caligas circa tibias. ꝛ ſbtalares in pedib⁹. vt ꝑ h̓ ip̄os eſſe paratos ad iudiciū repſenteť. Clerici vō ſi ſunt ordiati illꝭ indumētis induti ſint q̄ reqͥrūt ordines q̄s habēt. Si vō nō hn̄t ordies ſacros more laicorū ſepeliant. Verūtn̄ licꝫ i alijs ordinib⁹ ꝓpť paupꝑtatem h̓ ſepi⁹ omittať. i ſacerdote tn̄ ꝛ ep̄o nullo mō ꝑtermittēdū ē. Veſtes em̄ ſacerdotales vtutes ſignificāt. cū q̄bus ꝑ ceterꝭ ſunt duo pn̄tādi. Eutician⁹ papa ſtatuit vt null⁹ martyres ſepeliat ſine dalmatica aut collobio purpurato.

¶ Circa h̓ aūt ꝯſiderādū eſt vtrum xp̄s veſtit⁹ fūit poſt reſurrectōꝫ. ꝛ vtrum celū veſtit⁹ aſcenderit. ꝛ vtrū duob⁹ diſcipulꝭ euntib⁹ in emaus ꝛ ceterꝭ diſcipulis ꝛ mulierib⁹ veſtit⁹ apparuit. Siq̄deꝫ angeli leguntꝭ veſtiti appuiſſe. iux̄ illud Iohā. Vidit angelos ſedētes in alb. Et alibi Ecce duo viri aſtiterūt iux̄ illos in veſtibus alb. q̄ ꝛ dixerūt. Hic ih̄s q̄ aſſumpt⁹ ē a vobis in celū ſic veniet quēadmodū vidiſtis eum euntē in celū. Nēpe xp̄s veſtit⁹ aſcendit in celū. iux̄ illđ. Quis eſt iſte q̄ veit de edom tinctꝭ veſtib⁹ de boſra. Item angeli dixerūt. Quare rubrū eſt indumentū tuū.

¶ Queriť etiā vtrū hoīes erūt nudi poſt

dicii iudicij an veſtiti. Et vid͛ ꝙ veſtiti Nā
ſꝑ āgeli apparē ſolēt veſtiti. ⁊ xp̄s etiā pꝰ
reſurrectōꝫ cū veſte apparuit. ⁊ i trāſfigura
tōe veſtitꝰ fuit. Vn̄ ⁊ apparebāt veſtimēta
eiꝰ alba ſicut nix. Ecōtra vid͛ ꝙ nudi erūt
q꞉ h͡z autoritas ꝙ in eadē forma erimꝰ i q̄
fuit adam p̄uſꝗ peccaret. ⁊ etiā in meliori
ſ tunc fuit nudus. ḡ nudi ſil̓r erimꝰ. Solu
tio. nil diffinimꝰ de veſte. ſꝫ ſolū dicimꝰ
ꝙ ibi nō erit deformitas nec vlla aduerſi-
tas vl̓ infirmitas. ⁊ erimꝰ veſtiti ⁊ ornati
veſtimentꝭ ꝟtutū. ¶ Quis aūt ⁊ in q̄ loco
ſepeliri d꞉ʒ. ⁊ vtrū locus ſepulture aliquid
ꝯferat. dictū eſt in p̄ma ꝑte vbi de cimite-
rio agit̄. Illud aūt nō ꝙ q꞉ ſcriptū eſt Le
uiti. xxj. c. pōtifex ad omnē mortuū etiam
p̄rem vl̓ m̄rem nō ingredie̅t neꝗ egredie
tur de ſanctꝭ. hinc eſt ꝙ romanus pōtifex
ad nulliꝰ defuncti domū accedit. Item q꞉
ibidem d꞉. Sacerdotes nō radent caput.
nō barbā. nec in crinibꝰ ſuis faciēt inſciſſu
ram. iō qui de carorū morte triſtāt̄ barbā
nutriūt. nec crines p̄ſcindūt. ⁊ etiā nigris
veſtibꝰ ornant̄. vt ꝑ nigredinē ⁊ dolorem
ꝯſepulti mortuo videant̄. Hic etiaꝫ queri
pōt vtrū voces mortuoꝝ loquant̄. Et vi-
detur ꝙ ſic. iux̄ illud ꝓph̓e. Exultatōnes
dei in gutture eorū. Et hormiſda papa di
cit ꝙ illi q̄bꝰ cū falſa miſc͞dia indulſerimꝰ
an̄ tribunal xp̄i ꝯ nos faciēt q̄ſtionem. Et
augꝰ. dicit ꝙ defūcti q̄ neſciūt que hic fiūt
dū h͡ agunt̄. poſtea audiūt ab his q̄ mori-
endo hinc recedūt. Sed apl̓s ꝯdicere vi-
detur dicens ꝙ tunc lingue ceſſabunt. Et
p̄s. Nō mortui laudabūt te. Et nō ſ͡m au-
guſti. ꝙ tp̄s qđ inter hoīs mortē ⁊ vltimā
reſurrectōꝫ interpoſitū eſt. aīas abditiſ. i.
nob occultꝭ receptacul̓ ꝯtinet. Poſtremo
nō ſ͡m mgr̄m Iohem beleth ꝙ antiq̄ ſole
bant dicere ꝙ qn̄ aīe in humanis ſunt cor
poribꝰ vocant̄ aīme. in inferis manes. qn̄
ꝟo celos aſcendebāt ſp̄us. qn̄ aūt recens
erat ſepultura. ſiue qn̄ ſp̄us circa ſepultu
ras errabat vmbrā vocabāt. Vn̄ p̄s. Naꝫ
⁊ ſi ambulauero in medio vmbre mortꝭ ⁊c̄
Et iō tūc panē ⁊ vinū ponebāt ſuꝑ ſepul-
chra mortuorū. vt dictum eſt ſub feſto ca-
thedre ſancti petri. ¶ In miſſa ꝓ mortu/
is d꞉ qn̄ꝗ epl̓a. Vir fortiſſimus iudas. j.
mach. xij. c. qn̄ꝗ. Nolumꝰ vos ignorare
de dor. Theſ. iiij. c. qn̄ꝗ. Audiuit vocem
de throno dicentē. apoc̄. xiiij. c. qn̄ꝗ. Ec-
ce miſteriuꝫ vob dico. j. Chorꝭ. xv. Dicit̄
etiā qn̄ꝗ euangeliū. Amē amē dico vob.
q꞉ venit. Ioh. xv. c. qn̄ꝗ. Dixit martha.
Ioh. xj. c. qn̄ꝗ. Sicut em̄ p̄r ſuſcitat. Io-
hā. v. ca. qn̄ꝗ. Oē qđ dat mihi p̄r. Ioh.
vj. c. qn̄ꝗ. Ego ſum panis. qđ eſt ibideꝫ.

¶ De quatuor coronatis.

De quatuor co
ronatis h͡ notabile repit̄ ꝙ qui
ꝗ fuerūt q̄ venerāt ad ꝯſtruen
dum templū dyocleciani. cognito ꝙ eſſēt
xp̄iani martyrio ſunt coronati. q̄ruꝫ noīa
q꞉ nō fuerūt. idcirco in collecta ponūtur.
Poſt duos ꝟo annos alij q̄tuor martyriū
ſuſceperūt. quoꝝ corpa ſepulta ſūt iuxta
corpa p̄dictorū qnꝗ. quoꝝ noīa fuerunt
ignota. iō ſtatuit melchiades papa vt di-
es eorū ſub noībꝰ p̄dictorū qnꝗ celebrꝭ ha
beret̄. ⁊ ſic vocatū eſt feſtū q̄tuor corona-
torū. Poſtea ꝟo fuerūt cuidam religioſo
eorū noīa reuelata. ſ. Seueri. ſeuerini. car
pophori ⁊ victorini. nomē feſti tn̄ ꝓptea
mutatū nō eſt. nec etiā dies in kalēdario.

¶ De beato Martino.

De beato mar-
tino ſciendū eſt ꝙ d꞉ par apl̓is
nō ꝓpt̓ ſuſcitatiōꝫ mortuorum
quorūdam. vt q̄dā putāt. cū idē multi alij
fecerint martyres ⁊ ꝯfeſſores. vl̓ ꝓpt̓ mul
titudinē miraculorū. ſꝫ ſpēalit̓ ꝓpter vnū
miraculū. Cū em̄ eſſet thuron̄. archiep̄s.
venit ad eū q̄dam pauꝑ ⁊ inops tunicā ab
eo petēs ⁊ ip̄e conceſſit. iuſſit ḡ ꝓcuratori
ſuo vt emeret ſibi tunicaꝫ. Ille ꝟo iuit ad
forū. ⁊ tardus redijt tunicā vilem portās.
q̄ fere penula q̄ſi pene nulla poterat dici.
Vir ſanctꝰ iubet illā ſibi monſtrari. Erat
aūt breuis forte vſꝗ ad genua. manice vſ
ꝗ ad cubitū. Extrahens ḡ ſuā pauꝑi de-
dit. ⁊ ip̄e pauꝑis tunicā induit. Nec mul-
to poſt p̄parat ſe ad celebrandūꝫ miſſam.
Et ſtās an̄ altare. ſicut mos eſt in p̄fatiōe
eleuauit manꝰ ad dn̄m manicꝭ laxis retro
labentibꝰ licet nec groſſa eiꝰ brachia. nec
mltū carnoſa eſſent. ⁊ cū p̄fata penula nō
niſi vſꝗ ad cubitū ꝓtenderet̄. remāſerūt
eadē brachia nuda. tūc venerūt miraculo
ſe auree torques ip̄aꝗ decent̄ operuerūt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝛ globus igne⁹ apparuit ſup caput eius. p
qđ demonſtratū eſt ſpūm ſanctū ſup eū de
ſcendiſſe ad robur ſicut ſup apl'os in pen=
the. Vñ ppt̃ h̃ nõ imerito dic̄t⁹ ē par apo
ſtol'. Eſt etiā par eis in officio. Cõſideran=
dum aūt eſt q̄ ipē ſolus int̃ cõfeſſores in/
ſtitutõis hʒ octauas. ſicut. b. Laurē. inter
martyres. Ille eīm dixit. Igne me exami=
naſti. ꝛ nõ eſt inuēta in me iniq̄tas. Et mar
tinus in agone mortis dixit demoni aſtan
ti. Nil inuenies in me cruēta beſtia. Ecce
quō ꝯcordant. Ille ꝑpollens martyr q̄re
ꝑ omibus aliis octauas ꝛ vigiliā hʒ. Iſte
ꝯfeſſoꝛ excellens. q̄re ꝑ oib⁹ aliis octauaꝫ
hʒ. capaꝫ eius reges francoꝝ ꝯſueuerūt
poꝛtare in ꝑliis. vt dictū eſt in ſcđa parte
vbi agit̃ de ſacerdote. Foꝛtunatus poeta
vir vita egregius ꝛ ingenio ꝑclar⁹ de ita=
lia thuronis veniēs geſta beati Martini
ꝯſcripſit tp̄e Iohis pape tertii.

De ſancto Andrea apl'o.

Beatus andre=
as nigri fuit colori. barba proli
xa. ſtature mediocri. h̃ iđo dici=
mus. vt ſciat̃ qual' in eccl'a dʒ depingi. qđ
de vnoquoq̄ apl'oꝝ ꝛ alioꝝ mł'toꝝ ſctōꝝ
ſciendū eſſet. Pꝛedicauit aūt in achaia. ꝛ
athenis. ꝛ circa ptes illas. Excellenti fuit
valde meriti. nec ſine cā. be. Greg⁹. adeo
fuit ſibi deuot⁹ q̄ ei fecit ꝓpꝛium officium.
ꝛ monaſteriū ꝯdidit ꝛ ibidem monachus
extitit. Vigiliā ex inſtitutõe nõ hʒ. qꝛ eſt i
tp̄e ieiunioꝝ. q̄re nõ fuit neceſſe inſtitui ei
vigiliā. ꝛ idem eſt de. b. thoma apl'o. Sa=
ne oſſa eius ac beati luce euāgeliſte tp̄e cõ
ſtantini ſcđi impatoris tranſlata ſunt apđ
ꝯſtantinopolim. Hac die đꝛ epl'a. Coꝛde
credit̃ ad iuſticiā. Rom. x. c. ꝛ euangeliū
Ambulās ih̄s iuxͣ mare. mat. iiii. c. Poſt=
cõmunio. Venite poſt me. que eſt ibidem
In vigilia vo eſt introit⁹. Dñs ſecus ma=
re. mat. iiii. Et euangeliū. Stabat Iohes
ꝛ ex diſcipul'. Ioh. i. ca. Poſtcõio. Dixit
andreas. Ioh. i. c.

De ſancto Nicolao epiſcopo.

Legitur q̄ cuꝫ
in q̄daꝫ eccl'a q̄ đꝛ crux ſubiecta
monaſterio ſctē marie de chari
tate. nondū hiſtoꝛia. b. Nicolai cantaret̃.
fratres eiuſdē loci ꝑoꝛem ſuū vt eā ſibi cā=
tare liceret inſtant̃ rogauerūt. Ille vo h̃ p
ciſe negauit dicēs. incongruū foꝛe ꝑſtinuꝫ
moꝛem nouitatib⁹ immutare. Ill' vo iſtā=
tibus indignat⁹ rñdit. Recedite a me. q̄a
noua cātica imo ioculatoꝛia q̄dā in mea ec
cleſia nõ cantabūt̃. Adueniēte aūt eiuſdē
ſancti feſtiuitate. fratres cuꝫ q̄dam animi
triſticia matutinarū vigilias ꝑegerūt. Cū
q̄ oēs in lectis ſe recepiſſent. ecce. b. Nico
laus ꝑoꝛi viſibilit̃ terribil' apparuit. quem
a lecto extrahēs p capillos doꝛmitoꝛii pa
uimento alliſit. ꝛ incipiens. O paſtoꝛ eter
ne. p ſingulas vocū differētias. vgis q̄s i
manu tenebat. grauiſſimos ictus ſup doꝛ
ſum illius ingeminās p oꝛdinē moꝛoſe cā=
tando antiphonā ipam ad finem ꝑduxit.
Oibus ğ illius clamoꝛib⁹ excitatis ſemi/
uiuus ad lectū depoꝛtat̃. Qui tandem ad
ſe rediēs dixit. Ite ꝛ hiſtoꝛiā nouā ſancti
Nicolai decantate. Tp̄e Henrici q̄rti im=
patoꝛis oſſa ſancti Nicolai apud vrbem
barrenſem tranſlata ſunt.

De venerabili Beda preſbytero.

Beda venera=
bilis ꝑſbyter ꝛ monach⁹ ꝛ egre
gius expoſitoꝛ claruit i anglia
circa annū dñi. dclxxxvii. q̄ licꝫ in ſancto=
rum cathologo cõputet̃. nõ tñ ab eccl'a ſā
ctus ſed venerabil' appellat̃ duplici ratõe
Pꝛio qꝛ cū ꝑ nimia ſenectute eius ocu=
li caligarent faciebat ſe duci p villas et ca
ſtra vbiq̄ vbum dñi ꝑdicādo. Cūq̄ qua=
dam vice p quandā vallē magnis lapidi=
bus trāſiret. q̄dā ex ductoꝛib⁹ deriſoꝛie di
xit ei q̄ ibi magnus erat ppl's ꝯgregat⁹ ex
pectans eius ꝑdicatōꝫ auide ꝛ ſilent̃. Et
tunc ille incepit ꝑdicare feruent̃. Et cū in
fine cõcluſiſſet. p oia ſecula ſeculoꝝ. mox
omēs lapides alta voce clamaſſe dicunt̃.
Amen venerabil' pat̃. Et iō venerabil' pa
ter appellat̃. Alii vo aſſerunt q̄ angeli re=
ſponderūt. Bñ dixiſti venerabilis pater.
Scđa cauſa eſt. qꝛ poſt ei⁹ moꝛtē cleric⁹
q̄dā ſibi deuot⁹ quendā vſum edere cupi
ebat. quē in illi⁹ tumulo ſculpi facē intēde
bat incipiēs ſic. Hac ſunt in foſſa. volens
vſum talit̃ terminare. bede ſcti oſſa. Sed
qꝛ talē finē vſus cõgruitas nõ patiebatur
ꝛ ſedula mēte reuolueret. nec ꝯgruū fineꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

videret. dũ q̄dam nocte mł'tũ ſup hoc co/
gitaſſet. mane ad tumulũ ꝓperãs manibꝰ
angelicis talit' ỽſum ſculptũ repit finituꝫ
Hac ſunt in foſſa bede venerabił' oſſa Eiꝰ
autem corpus apud ianuam deuotõe con
grua dicit' coli.

¶ De ſancto Thoma apoſtolo.

Hiſtoria ſeu le

genda de ſancto thoma apł'o. ⁊
ſi q̄d ex ea in rñſorijs vel anti/
phonis ſumptũ repit' inter apocripha de
putat'. In ipo aũt feſto legit' ad miſſã euã
geliuꝫ. Thomas vnus ex duodecim. Jo
han. xx. c.

¶ De feſtis ſanctorũ Stephani Johan=
nis euangeliſte ⁊ Innocentum.

Poſt dñi nati=

uitatẽ ſequẽti die fit feſtum de
obitu. b. ſtephani ꝓthomarty=
ris. ⁊ tñ ipe fuit paſſus in auguſto. quare
aũt h̄ fiat ſub feſto inuentõis eiꝰ dictũ eſt.
Querit' q̄re h̄ tria feſta vicꝫ ſctõꝝ ſtepha=
ni iohis ⁊ innocentũ immediate pꝰ feſtuꝫ
natiuitatꝪ dñi ordinant'? Rñdeo p̄mo. vt
xp̄o capiti ⁊ ſpõſo oẽs ſui comites adiun=
gant'. natꝰ em̃ xp̄s ſpõſus eccł'e in hũc mũ
dum tres ſibi comites adduxit. de q̄bus di
cit' in canticꝪ. Dilectꝰ meꝰ cãdidus ⁊ rubi=
cũdus. electꝰ ex milibꝰ. Cãdidus q̄tũ ad
Johem euãgeliſtã p̄cioſuꝫ ỽginẽ ⁊ cõfeſ=
ſorem. Rubicundus q̄tũ ad ſtephanũ ꝓ
thomartyrẽ. Electꝰ ex milibꝰ q̄tũ ad ma=
gnam turbã innocentũ. Scd̃o vt ſic eccł'a
oim martyrũ genera q̄ꝫ q̄dẽ martyrij xp̄i
natiuitas cã fuit inſil' adunaret. Triplex ẽ
em̃ martyriũ. ¶ Primũ volũtate ⁊ opere
tale fuit martyriũ. b. ſtephãi. ⁊ h̄ ẽ digniſ
ſimũ i genere. h̄ aũt dicimꝰ. qꝛ aliqua cir=
cũſtantia facẽ poſſet ꝙ aliq̄s ꝯfeſſoꝛ aliq̄
martyre dignioꝛ eſſet. Et iõ feſtũ eius pre
cedit alia ⁊ ꝯtinuat' feſto dñice natiuitatꝪ
Vñ in ipo feſto legit'. Mortẽ quã ſalua/
toꝛ dignatꝰ eſt ꝓ oibꝰ pati. hãc ille p̄mus
p̄ oibꝰ reddidit ſaluatori. Et iterꝫ. Xp̄us
heri natꝰ eſt in terrꝪ vt hodie ſtephanꝰ na
ſceret' in celis. ¶ In feſto. b. ſtephani in=
troitus eſt. Etem ſederũt p̄ncipes ⁊ adũ=
ſum me loquebãtur. In q̄ oñdunt' inſidie
p̄ncipũ iudeorũ. b. ſtephano inſidiantiuꝫ

Epł'a eſt Act'. vj. Stephanꝰ plenus gr̃a ⁊
fortitudine. que ſicut dicit augꝰ. in ſmõe
huius diei. Cũ plurimũ habeat ãmiratio
nis in ip̄a ſpecie nõ minus ꝯtinet in miſte
rio dignitatis in qua narrat' tam paſſio ip
ſius q̄ꝫ paſſionis cauſa. ⁊ meritũ ſeu remu
neratio. Et h̄ etiam inſinuant' ⁊ rep̄ſentã=
tur in reſpõſorio qd̃ eſt. Sederũt p̄ncipes
⁊ in alł'a qd̃ eſt. Video celos aptos. Act'.
vij. c. Et in nocturnali etiã officio ideꝫ re=
petit' vt oſtendat' ꝙ ſepe ⁊ ſepius ꝯſiliati
ſunt p̄ncipes ſacerdotũ in mortẽ eiꝰ Euan
gelium eſt. Ecce ego mitto ad vos. Mat.
xxiij. c. ⁊ ſequit'. Hierł'm hierł'm que occi=
dis ꝓphas ⁊ lapidas eos ⁊c̃. Stephanuſ
em̃ fuit lapidatꝰ. Dicit' etiã ibi a ſanguie
abel iuſti. Sic em̃ ille fuit ꝓthomartyr in
vete. teſta. ſic iſte in nouo. ¶ Hiſtoriã ſcti
ſtephani cõpoſuit alcuinus karoli mgr̃ ⁊
capellanus. nocturnales antiphonas de
pſalmis q̄bus intitulant' accepit. cetera d̃
actibus apł'oꝝ. Antiphonis etiã laudũ q̄
dam ỽſus p̄mittũt'. ꝑut dictũ eſt in. vj. p̄
te ſub dñica de trinitate. Frequẽtat' autẽ
in ỽſicuł' alł'a vł' ꝓpter ſolennitateꝫ dñice
natiuitatis. vł' ꝓpt' gaudiũ de ꝯſortio ſte=
phani angelice concionis. Dr̃ etiam illud
capł'm. Stephanꝰ plenꝰ gr̃a. ⁊ illud. Sur
rexerũt q̄dã. q̄ ſunt act'. vj. c. ⁊ illud. Cum
eſſet ſtephanꝰ. act'. vj. c. ¶ Secũdũ marty
rium eſt volũtate ⁊ nõ ope. q̄le fuit marty
riũ. b. Johis euãgeliſte. q̄ martyr fuit. ſic
ptꝫ in illa antiphõa. In feruẽtꝪ olei doliũ
miſſus iohes apł's. diuia ſe ꝓtegente g̃tia
illeſus exiuit. vt ſic nõ ſenſerat carniſ eſtũ
qꝛ ỽgo fuit mente ⁊ corpe. ſic nec eſtũ fer
uentis olei ſenſit. In natali aũt eiꝰ canitur
in q̄buſdam locis vna miſſa in exordio lu=
cis ad notandũ ꝙ ipe accepto lumie huiꝰ
mũdi ſacrificiũ ỽginitatis ſp obtulit deo.
Quia em̃ nõ poterat hr̃e vigiliã ꝓpter fe=
ſtum. b. ſtephani ſtatutũ fuit vt duas miſ
ſas haberet. In miſſa de. b. Johe ẽ epł'a.
Qui timet deũ. Ecci. xv. c. Euãgeliuꝫ eſt
Dixit ih̄s petro. Joh̄. vl. c. ⁊ cantat' alł'a.
Valde honorãdus ⁊c̃. ⁊ qd̃ ibi dr̃ Qui ſu
pra pectus domi ⁊c̃. ſumit' de Joh̄. vl. c.
Introitꝰ eſt In medio eccł'e. Ecci. xv. c.
Et reſponſorium. Exijt ſmo ⁊c̃. Joh̄. vl.
Item alł'a. Hic eſt diſcipulus. Joh̄. vl. c.
Communio. Exijt ſermo. que eſt ibidem

Dicit̄ etiã ad horas capl̄m. Cibauit Ecci
xv.c. ⁊ illud. Bñdictꝰ deꝰ ⁊ pr̄. eph̄. i. c. et
illud. Qui timet dñm. ecci. xv. c. ¶ Et nõ
ꝙ. b. iohes euãgeliſta in feſto. c. iohis ba-
ptiſte obijt. ſ; qꝛ nõ poterat tũc eiꝰ feſtum
fieri tranſlatũ eſt ad tertiã diẽ natal' domi
vt oẽs comites ſuos haberet ſpõſus. vt p̄
miſſum eſt. ⁊ feſtũ. b. iohis bap. in ſuo die
remãſit. nec mirum. qꝛ dies illa ab angelo
gaudio natiuitat' p̄curſoris autẽtica fuit.
Nec eſt dogmatizandũ ꝙ euangeliſta ba
ptiſte tãq̄ꝫ maiori ceſſerit ꝓ eo ꝙ legit̄ In
ter natos mulieꝝ ñ ſurrexit maior iohe ba
pti. Nã ꝙ ñ dꝫ eſſe d' iſpoꝝ maioritate diſ-
putandũ. diuinitꝰ eſt oſtẽſum. Cũ ei duo
mgr̄i quoꝝ vnꝰ baptiſtã alt̄ p̄ferebat euã
geliſtam. ſolennẽ ad h' indixiſſent diſputa
tionem. ⁊ ꝗlibet valde ſolicite inueſtigaſ-
ſet autoritates ⁊ ratiões efficaces. quibuſ
ſuũ iohem p̄ferre poſſet. tandẽ die diſpu-
tatõis adueniẽte ꝗlibet ſanctorũ emulato
ri ſuo apparuit dicens. Bñ ꝯcordes ſumꝰ
in cel' de nob nõ diſputetis in terr'. Tũc il
li ſibi adinuicẽ ⁊ omni ꝑp'lo viſionẽ publi-
cauerũt. ⁊ dñm bñdixerũt. Vel iõ fuit ad
tertiũ diẽ poſt dñi natiuitatẽ tranſlatũ. qꝛ
forte ea die dedicata eſt ei baſilica. vel qꝛ
forte ea die redijt de pathmos inſula. vel
inſulatꝰ eſt. fuit eñ p̄triarcha epheſinus.
Aiũt ꝗdam ꝙ. b. iohes cũ poſt celebrataꝫ
miſſaꝫ deſcẽdiſſet in tumulum euanuit ab
ocul' circũſtãtiũ. ⁊ cũ terra ibi ſcaturiat de
ꝓfundo addũt eũ viuẽ. ⁊ terrã eiꝰ anheli-
tu ſcaturire. alij in celũ trãſlatũ. ¶ Igit̄
parti ex euãgelio. ꝓtim ex eiꝰ tribulatõne
hodierna cõpilat̄ hiſtoria. in cuius vltio
rñſorio. ſ. In medio eccl'e. qd̄ ſumit̄ de li.
ſapie. in quo agit̄ de ſpũ intellectꝰ neuma
iubilat̄. qꝛ ꝑ ſpũm intellectꝰ fuit de ineffa-
bili v̄bo. ſ. de deo vero locutꝰ. ¶ Tertiuꝫ
martyriũ eſt ope ⁊ nõ volũtate. quale fuit
martyriũ innocentũ. qd̄ ſicut tertiũ locuꝫ
obtinet in dignitate. ita ⁊ int̄ feſta marty-
rum. Sꝫ q̄re feſtũ innocentũ celebrat̄ ãte
feſtũ ſtelle. i. ephie. cũ mortui fuerint poſt
apparitõꝫ ſtelle. qñ. ſ. herodes vidit ꝙ illu
ſus eſſet a magis? Rñdet̄ ꝙ herodes au-
ditis rumoribꝰ de xp̄o nato turbatus eſt
valde. timẽs amittẽ regnũ. vnd̄ cogitauit
facẽ interfici oẽs pueros vt ſic xp̄s nõ eua
deret. ſed fuit impeditꝰ tunc. qm̄ auguſtꝰ
ceſar mandauit ei ꝙ ad eũ veniret ariſto-
bolo ⁊ alexandro filijs ipius herodis re-
ſponſurus corã eo Et qꝛ nõ fuit auſus nõ
ire iuit. Poſtmodũ v̄o reuerſus anno re-
uoluto quarto die poſt natale domini fec
oẽs pueros interfici. a bimatu. i. biennio ⁊
infra. Bimatos eñ grece dicit̄ latine bien
nium. ¶ Querit̄ q̄re in feſto innocentum
in miſſa Gl'a in excelſis deo. ⁊ all'a. et alia
cantica leticie nõ cantant̄? Dicũt mgr̄i iõ.
qꝛ mortui ſunt ante domi paſſioneꝫ. et ſic
ad inferos deſcenderũt. Sed pari ratõne
⁊ in feſto. b. Iohãnis bap. ſubticeri debe
rent. Dicendum eſt ḡ ꝙ hoc iõ contingit.
qꝛ autor officij voluit nos cõiungi in hac
feſtiuitate animis deuotaruꝫ m'lierum de
morte innocentum plangentiũ ⁊ dolẽtiuꝫ
vnde cauſa triſticie earũ illa dimittimus.
⁊ ideo legit̄ ꝓphetia hiere. xxxi. c. de In-
nocentibus. Vox in rama audita eſt. que
ad l'ram de beniamitis exponit̄. ꝗ int̄fecti
ſunt ꝓpter vxorem Leui. quam oppreſſe-
rant. ⁊ rachel fuit mat̄ beniamin. vel ꝑ ra
chel ꝗ interp̄tatur ouis vl' videns. intelli
gitur eccl'a que plorat filios ſuos. ſ. tripli-
ces Primi ſunt martyres conſiderãs eos
eſſe ſibi ſubtractos. ⁊ nõ vult conſolari in
p̄ſenti. ſed omnẽ ꝯſolatõem transfert i fu-
turũ. qꝛ nõ ſunt. ſ. p̄ſentes. Secũdos filioſ
luget eccl'a ꝗ fere ad partũ veniunt in qui
bus patit̄ abortũ. Tertij v̄o ſunt. qui iam
renati in baptiſmo erant. ſed ꝑ pctã retro-
cedũt. Hos ⁊ illos luget eccl'a qꝛ non ſunt
id eſt qꝛ dãnati ſunt. Et idõ qꝛ luget eccl'a
cãtica leticie ſubticent̄. Põt eſſe ⁊ alia rõ
nam cãtica leticie ꝓp̄e poſt victoriã canta
ri debẽt. Vñ ezechie dictũ eſt. Diſpõe do
mui tue ⁊c̄. qꝛ poſt victoriã habitã nõ ceci
nit cantica leticie. Sed innocẽtes non ha-
buerũt victoriã. nõ eñ eſt victoria vbi pu
gna nõ eſt. Media ratio eſt. Quidam tñ
ꝑ all'a cantant in miſſa. Laus tibi chriſte.
Allij. Cãtemꝰ eya. Et dꝛ epl'a. Vidi ſupra
montẽ. apoca. xiiij. Et euangeliuꝫ. Ange
lus domi apparuit. Mat. ij. c. Si auteꝫ fe
ſtum illud in domica contingat. nullũ can
ticum leticie ſubticet̄ ꝓpter gaudiũ reſur
rectiõis. In octauis quoq̄ꝫ eorũ cãtica le-
ticie cantant̄. pro ſignificatõne gaudij qd̄
accepturi ſunt in octaua. id eſt. in reſurre-
ctiõe. Quia licet ad inferos deſcẽdert. re-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſurgẽt tñ nobiſcũ in gl'a. Octaue eñi feſti/
uitatũ celebrant in mẽoriã general' reſur
rectõis quã ſignificãt. Ruſus qꝛ hac die
triſticiã mſerũ repñtam⁹ in multis eccl'ijs
diaconi nõ vtunt dalmaticl. nec ſbdiaco=
ni ſubtilib⁹.i.tunicell'. ad notãdũ ꝙ inno=
centes ſtati in morte pmã ſtolã nõ recepe=
rũt ſ; ad infernũ deſcenderũt. De h̃ in ter
tia pte dictũ eſt ſub ti. de colorib⁹. In hoc
feſto dꝛ capl'm illd. Uidi ſupra mõtẽ. apo
cal.xiiij.c. ⁊ illud. Hi ſunt q̃ cũ mſeribus.
⁊ illud. Hi empti ſunt. q̃ ſunt ibidẽ. Et ad
uerte ꝙ antiphõe nocturnales de pſalmiſ
ſumũt. cetera de ep'la vl' euãgelio. Ꝙ aũt
dicunt centũ q̃draginta q̃tuoꝛ milia finitũ
ponit ꝓ infinito. Ꝙ etiã dꝛ. Uidi ſꝫ altari
dei aĩas interfectoꝛũ. ſic eſt accipiendũ. ꝙ
ioh̃es vidit aĩas interfectoꝛũ ſub altari.i.
hũiliatos capiti ſuo. vl' in abſcõſo. qꝛ nẽo
ꝑcipit hic quõ ibi ſint. Sed q̃re ſolẽnizat
eccl'a de morte innocentũ q̃ nõ habuerunt
voluntatẽ patiẽdi. Uidꝛ ꝙ eadem ratõe.
ſi aliq̃s tyrãn⁹ interficeret tot pueros. de=
beret eccl'a ſilr ſolẽnizare ꝓ ill'. qd̃ veꝝ nõ
eſt: Rñderi põt ꝙ h̃ feſtum ꝑpt tria cele/
brandũ eſt. licꝫ volũtatẽ nõ habuerint pa
tiendi. Pꝛio qꝛ xp̃us in eis q̃rebat et occi
debat. Scd̃o qꝛ xp̃s in eis celabat diabo=
lo ⁊ herodi. Tertio qꝛ nomẽ dñi nõ loquẽ
do ſ; moriendo ꝯfeſſi ſunt. qꝛ ꝓ xp̃o ⁊ vice
xp̃i occiſi ſunt. Erãt aũt innocẽtes. qꝛ cir=
cũciſi. nã circũciſio erat tunc remedium ꝯ
originale pctm̃. licꝫ nõ ita ſufficiẽs ſic̃ nũc
baptiſm⁹ eſt. ¶ Illud aũt ſciendũ eſt ꝙ in
q̃buſdã eccl'ijs in die natal' dñi diaconi ve
ſperis finitis in honorẽ. b. ſtephani. q̃ exi=
mius diacon⁹ fuit in tripudio ꝯuenientes
cantant antiphonã de ſancto ſtephano. ⁊
ſacerdos dicit collectã. Nocturnos etiam
⁊ officiũ craſtinũ celebrãt. etiã bñdictiões
ſup lectões dant. qd̃ tñ facere nõ deberẽt
Et eodẽ mõ faciũt ſacerdotes in feſto bea
ti ſtephani in veſpis in honorẽ ſcti iohis.
qꝛ ipe ſacerdos fuit. Et pueri in feſto ſan=
cti iohis in honore innocentũ Subdiaco=
ni v̓o faciũt feſtũ in q̃buſdã eccl'ijs i feſto
circũciſionis. vt ibi dictũ eſt In alijs i epi
phania. ⁊ in alijs in octauis ephie. qd̃ vo
cant feſtũ ſtultoꝛũ. qꝛ eñi ordo ille antiq̃t⁹
incert⁹ erat. nã in canonib⁹ antiq̃s quan/
doq; vocat ſacer. ⁊ q̃nq; nõ. id̃ ſubdiaco=
ni certã ad feſtandã nõ habẽt diem. ⁊ eoꝝ
feſtũ officio celebrat cõfuſo.

¶ De apoſtolis.

Apoſtolus gre
ce interp̃tat miſſus latine. inde
apl'i dicti ſũt. qꝛ a xp̃o miſſi fue
runt euangelizare ꝑ vniũſum orbẽ. Sane
eccl'a in cõmuni de apoſtol' ſolẽnizat ⁊ ca=
nit in matutinis. Ecce ego mitto vos ⁊c̃.
qꝛ omẽs electi ſunt ſil' a dño poſt ſmonez
ad eos factũ in monte. ſicut habet in mat=
theo ⁊ marco. ꝙ vicꝫ electi ſunt duodeci.
De q̃buſdam tñ facit eccl'a officiũ ꝓpriuꝫ.
ſicut de. b. Petro ꝓpter ꝓuilegiũ dignita
tis. de. b. paulo q̃uis nõ ſit de duodecim
ꝓpt ꝓuilegiũ p̃dicatõis. de. b. Johe ꝓpt
ꝓuilegiũ amoꝛis ſue v̓ginitatis. ⁊ de btõ
Andrea ꝓpter ꝓuilegiũ crucis quã ita ar
dent p̃dicauit ꝯcupiuit ⁊ habuit. Per ho
ras dicit capl'm illud. Jam nõ eſtis. eph.
ij.c. ⁊ illud. Non vos me elegiſtis. qd̃ eſt
ibidem. ⁊ illud. Btũs vir q̃ ſuffert. Jac.j.
⁊ illud. Magnificauit eũ in timore inimi=
co. Ecci.xlv.c. ⁊ illud. Statuit illi dñs te=
ſtamentũ ſempiternũ. ibidem. ⁊ illd. In fi
de ⁊ lenitate ipi⁹ ſanctũ fecit illũ. ibidem.
⁊ illud Ibant apl'i gaudentes. Act. v. ⁊ il
lud. Nã q̃s p̃ſciuit hos ⁊ p̃deſtinauit con
formes. Ro.viij.c. ⁊ illud. Corpa ſctõꝛuꝫ
in pace. Ecci.xliiij.c. ⁊ illd Nõ eſuriẽt ne=
q; ſitiẽt. apoc. vij.c. ⁊ illd. Nos inſenſati
vitã illoꝝ. Sap.v. ⁊ illud. Ipo ſũmo an/
gulari lapide xp̃o ihu. eph.ij.ca. Habent
aũt vigilias ⁊ octauas. qꝛ ſi cõpatimur et
conregnabim⁹. De h̃ dictũ eſt in. vj. par=
te ſub q̃rta feria tertie hebdomade aduẽ=
tus Inſtãtia tñ eſt de. b. Johe euãgeliſta
quo ad ieiuniũ. qd̃ ꝯtingit. tũ qꝛ vt dicũt
q̃dam nõ fuit martyr niſi aĩo. tũ ꝓpter fe=
ſtum. b. ſtephani qd̃ eſt in vigilia feſti ei⁹.
In vigilijs apl'orum dꝛ ep'la. Benedictio
domi ſup caput. Prouer.x. ⁊ Ecci.xlv.c
Item illa. Per man⁹ autem. Act.v.c. Et
euangeliũ. Ego ſum vitis. Joh.xv.c. In
feſtis v̓o apl'orum dicit ep'la. Jã nõ eſtis
hoſpites ⁊ aduene. Eph.v.ca. Item illa
Hi ſunt viri. Ecci.xliiij.c. Item illa. Sci
mus qm̃ diligentibus deũ. Roma.viij.c.
Itẽ illa. Bñdict⁹ de⁹ ⁊ pr̃ do. nr̃i. eph.j.c
Itẽ illa Spectaculũ facti ſum⁹. ad Cori.

iiij.c. Itẽ illa. Unicuiq; vrm̃.ad epħ. iiij.
Itẽ alľa eſt. Ego vos elegi. Joħ.xv. Itẽ
illud. Uenite ad me oẽs q̃ labo . matth.xj
Euangeliũ vo dr. Hoc eſt p̃ceptũ. Joħ.
xv.c. Item illud. Hec mãdo voƀ.quod ẽ
ibidem. Item illud. Ecce ego mitto vos.
mat.x.c. Itẽ illud Facta eſt ꝯtentio. Lu.
xxij.c. Itẽ illud Deſignauit dñs. Luc.x.
ꝛ illud Ego ſum vitis vera. Joħ.xv.ca.
Itẽ illud. Dixit ſimon petr⁹.mat.xix.ca.
Poſtcõmunio eſt. Amẽ dico voƀ ꝙ vos
q̃ re.mat.xix.c. Itẽ illa. Uos q̃ ſecuti. q̃ ẽ
ibidem. Et nõ ꝙ tres apoſtoli legunᷓ tan
tum viui fuiſſe rome.ſ. Petr⁹ Paulus ꝛ
Johes. ꝛ tres euãgeliſte.ſ.iohes.marc⁹ ꝛ
lucas. ¶ Notandũ eſt etiã apľos ſiue xp̃i
diſcipulos nõ ideo tantũ fuiſſe paſſos. qꝛ
p̃dicabant de xp̃o.ſed qꝛ ip̃m deificatum
aiebãt ſine romanoꝝ autoritate. quod ip
ſi ꝓhibuerãt. Eccľa olim ſtatuit fieri com
muniᷓ feſtũ de oib⁹ apoſtoľ in kaľ. maij.
vt dictũ ẽ i. vj. ꝑteſƀ feſto apľoꝝ philippi
ꝛ iacobi. ¶ De euangeliſtis.

POſt apľos ec-
cleſia veneraᷓ etiã euãgeliſtas
q̃ nõ tm̃ p̃dicauerũt ꝫ etiã euan
gelia ſcripſerũt. Legiᷓ em̃ Geñ.iij.ca. ꝙ
fluui⁹ egrediebaᷓ de loco voluptatꝭ ad ir-
rigandũ ꝑadiſum. q̃ diuidiᷓ in q̃tuoꝛ ca/
pita.ſ.phiſon.geon.tigrim ꝛ eufratẽ Sa-
ne allegorice fluuius ille euãgelica p̃dica-
tio eſt q̃ a xp̃o ꝓcedit a quo generaliᷓ om-
nis voluptas emanat. Uenite inq̃t ad me
oẽs q̃ laboratis ꝛ onerati eſtis. ꝛ ego refi-
ciam vos. ꝛ inuenietis reqͥem aiabus ve-
ſtris.iugũ em̃ meũ ſuaue eſt ꝛ onus meũ
leue. guſtate ꝛ videte qm̃ ſuauis eſt dñs.
btũs vir q̃ ſperat in eo. Recte aũt h̄ p̃dica
tio fluuio compaᷓ.tũ qꝛ reficit.abluit ꝛ fe
cundat.tũ qꝛ fluuius dr aq̃ fluẽs.ꝛ vt Sa
lomon ait. Aq̃ ꝓfunda vba ex ore viri et
torrens inundãs eſt fons ſapie.q̃ tam lon
ge lateq; defluxit vt mõm repleuerit vni-
uerſum.iux̄ illud. Exĩtes in mõm vniuer-
ſum. Qua ꝓpter in oẽm terrã exiuit ſon⁹
eoꝝ.ꝛ in fi.orb.ter.ver.eoꝝ. Hec irrigat
ꝑadiſuꝫ.i.fecũdat eccľaꝫ.iux̄ qđ dĩc apľs
Ego plãtaui apollo rigauit.de⁹ aũt icre-
mẽtũ dedit. Hic em̃ eſt fons ortoꝝ pute⁹
aquarũ viuentiũ.q̃ fluunt impetu de liba
no. Fluuius aũt iſte in q̃tuoꝛ capita diui/
ditur. qꝛ p̃dicatio ieſu xp̃i in q̃tuoꝛ euãge
lia deriuaᷓ Nam licet ſcripſerint mľti euã
gelia.quia luca teſtante multi conati ſunt
ordinare narratõem rerũ q̃ in noƀ comple
te ſunt.tamẽ nõ niſi quatuoꝛ recepta ſunt
ab eccleſia.vicꝫ.matthei.marci.luce ꝛ io-
hannis.qđ vtiq; factum eſt q̃druplici rõe
¶ Primo ad oſtendendũ duoꝝ teſtamẽ-
torum concordiã. Sicut em̃ in veteri teſta
mento vnus fuit legiſlatoꝛ.ſ.moyſes.ꝛ q̃-
tuoꝛ maiores ꝓphete.ſ. Eſaias. Hieremi
as. Ezechiel ꝛ Daniel. ꝛ duodecim mino
res ꝓphete ꝛ multi ſapientes. vt iob.da-
uid.ſalomon.ieſus ſirach.ita ꝛ in nouo te
ſtamento vnus fuit legiſlatoꝛ.ſ.chriſtus.
ꝛ quatuoꝛ euangeliſte ꝛ duodeci apoſto-
li.ꝛ alij multi doctores. vt Hieronymus.
Auguſtinus Ambroſius ꝛ Gregori⁹. vt
ꝑ hoc oſtẽdaᷓ ꝙ rota cõtineᷓ in medio ro
te.ꝛ duo cherubin ſeſe reſpiciũt v̄ſis vul-
tibus in ꝓpiciatorium ¶ Secũdo ꝑ mi-
ſterio quadrige aminadab. de qua ſpon/
ſa dicit in Cañ. Anima mea turbata eſt ꝓ
pter quadrigas aminadab Aminadab ei
interp̃taᷓ ſpontaneus domi. Hic eſt xp̃s
qui factus homo oblatus eſt quia ipſe vo
luit. Huius quadriga eſt euangelica do-
ctrina ꝑ quam eius fama ꝑ mundũ vehiᷓ
vniuerſum.cuius q̃tuoꝛ rote ſunt dicti q̃-
tuoꝛ euangeliſte. Propter hanc q̃drigaꝫ
ſponſa.i.eccleſia ſalubri doloꝛe turbaᷓ ad
penitentiã. ¶ Tertio ad deſignandum li-
beratione᷑ generis humani a morte q̃drifi
ca.i.a tranſgreſſione quadruplici. Pria
tranſgreſſio fuit mandati in paradiſo Se
cunda legis naturaľ. Tertia legis ſcripte
Quarta euangelij. Uel potius peccatum
fragilitatis ꝑ impotentiam.ſimplicitatꝭ ꝑ
ignoꝛantiã.ſecuritatis ꝑ negligentiam et
malignitatis ꝑ inuidiã. His ei q̃tuoꝛ mo-
dis peccandi aĩa moriᷓ ꝛ ſeꝑatura deo
¶ Quarto ꝑ miſterio forme q̃drige. Hic
em̃ inter ceteras formas q̃dratũ.ſic int̃ ce
teras doctrinas euãgeliũ ſolidi⁹ ꝛ ſtabili⁹
ꝑſeuerat.nã illud vndiq; ſtat. ꝛ iõ legitur
apoc.xxj.c.ꝙ ciuitas in q̃dro poſita ẽ.ꝛ il
lud ꝓpť ſtabilitatẽ appellaᷓ eťnũ. ꝑ cuius
grãꝫ hõ q̃draᷓ i moꝛib⁹.i.i v̄tutib⁹ ſolidaᷓ
¶ Ceteꝝ iſtoꝝ poti⁹ q̃ alioꝝ euãgelia r̃ce-
pta ſũt Tũ qꝛ ipi diligẽti⁹ ꝛ apti⁹ hiſtoriã

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

euāgelicā deſcripſerūt. Cum q₂ licʒ aliqñ
varia ſeu diuſa. nūq̄ʒ tñ ɔ̄ria ſeu aduerſa
ſcripſerūt. Tū q₂ iſti q̄tuor p q̄tuor aima=
liū figuras in viſione iohis ⁊ ezechiel' p̄fi=
gurati fuerūt. Ezech. j. c. Matthe⁹ p ho
minē. eo q₃ eius intentio p̄cipue circa ſcri/
bendā xp̄i humanitatē v̄ſaē. Vñ eius lib
ab hūana xp̄i natiuitate ſumit exordium.
Liber inq̄t generatōis ihu xp̄i ⁊c̄. Mar=
cus p leonē in de̾ſto rugientē. eo q₃ ei⁹ in=
tentio p̄cipue circa deſcribendā ei⁹ reſur=
rectōʒ ɔ̄ſiſtit. Vñ eius euangeliū antono
maſice in die reſurrectōis legiē. Diciē em̄
q₃ leo rugitu maxio tertio die ſuos excitat
catulos. ita ⁊ de⁹ pr̄ immēſa potētia ſua fi
lium ſuū tertia die ſuſcitauit. Vñ ⁊ Mar
cus ab exclamatōe incipit. ſ. a p̄dicatione
iohis in de̾ſto clamātꝭ ⁊ dicētis Vox cla
mantis in de̾ſto. Et ſcias q₃ marc⁹ fuit lō
go naſo ſubducto ſupcilio. pulcer oculis.
calu⁹. barba plixa. habitudinis optime.
etatis medie. canos aſpſus. Lucas p vitu
lum eo q₃ p̄cipue circa deſcribendam xp̄i
paſſionē eius intētio v̄ſaē. in q̄ xp̄s ſe ob=
tulit hoſtiā deo pr̄i. idē ip̄e ſacerdos ⁊ ho
ſtia. vitul⁹ em̄ erat hoſtia ſacerdotal'. vnd
a ſacerdotio incipit dicēs Fuit in diebus
herodis regis iudee ſacerdos quidaʒ ⁊c̄.
Johānes p aq̄lam. q₂ ceteris cū dño q̄di=
entib⁹ ip̄e in celū ad deſcribendā xp̄i diui
nitatem volauit dicēs. In p̄ncipio e. ver.
Hec̄ dictū eſt in p̄ma pte ſub ti. de pictu=
ris. Heſiq̄dē q̄tuor p̄ncipales intētōes de
ſignate ſunt p figuras illorū q̄tuor aialiuʒ
q̄rum q̄libet ſm viſionē Ezechiel' q̄tuor
hʒ facies. q̄m oēs de ſingul' agunt. licet q̄=
dam p̄ncipali⁹ de q̄buſdā. p̄ſtim cū omēs
agāt de xp̄o. cui q̄tuor ille figure ɔ̄ueniūt.
Fuit nāqʒ hō naſcendo. vitulus moriēdo
leo reſurgādo. aq̄la aſcendendo. Que vt
melius intelligas imaginare aliq̄d aimal
hñs caput q̄dratū. ⁊ in q̄libet ſuperficie i=
maginare vnā faciē. vicʒ a pte āteriori fa=
ciem hois. a dextris faciē leonis. a ſiniſtrꝭ
faciē vituli. a pte poſteriori facieʒ aquile.
Quia v̄o facies aq̄le ſup alias eminebat.
ppter lōgi colli pductōʒ. iō d̄r q₃ erat de=
ſup. Nōlibʒ etiā hoꝝ habebat q̄tuor alas
Finge em̄ q̄libet aial q̄ſi q̄dratū. in q̄dra
to ſunt q̄tuor anguli. ⁊ in q̄libet āgl'o erat
vna ala. Porro hi q̄tuor ſignificati ſunt p

p̄dicta quatuor flumina. Per phiſon Jo
hannes. p geon mattheus. p tigrim mar=
cus. p eufraten lucas. ſicut clare pbat In
nocen. tertius de euangeliſtis in ſermone
Sunt etiam ſignificati p q̄tuor anulos ar
ce q̄ aurei ⁊ rotundi erāt. in auro claritas
in rotūditate que initio caret ⁊ fine. deſig=
tur eternitas. Ipi em̄ eternā xp̄i claritatē
⁊ claram eternitatē deſcripſerūt. Per du=
os annulos a ſiniſtris duo euangeliſte. ſ.
Mattheus ⁊ iohes q̄ ab ip̄o xp̄o fuerunt
edocti ſignificanē. Quidam tñ p duos a=
nulos a ſiniſtris mattheū ⁊ iohannē q̄ ad
huc paſſibili ⁊ mortali adheſerūt accipiūt
p duos a dextris marcū ⁊ lucam qui poſt
aſcenſionē ei iam facto immortali ⁊ impaſ
ſibili adheſerūt accipiūt. Per ſiniſtrā em̄
mortalitas. p dexterū immortalitas deſi=
gnatur. ſm illud. Leua ei⁹ ſb capite meo.
⁊ dextera ei⁹ amplexabiē me. Et propter
hanc cauſam in picturis eccleſiarū Pau/
lus ad dexterā ⁊ Petrus ad ſiniſtraʒ ſta=
tuunē ſaluatoris. ⁊ in bulla papali caput
Pauli a dextris crucis. ⁊ caput Petri a
ſiniſtris. Hanc in q̄buſdam eccleſijs an
tiphona ad Magnificat in eorum officio
eſt. Ecce ego iohānes vidi oſtiū apertum
in celo ⁊c̄. Apocal'. iiij. Per horas autem
diciē caplm. In medio eccl'e apuit os ei⁹.
Ecci. xv. ⁊ illud. Cibauit illum dñs pane
vite ⁊ intellectus. ibidem. ⁊ illud. Iocun
ditatem ⁊ exultationē theſauri. quod eſt
ibidem. Omnia reſponſoria ſumpta ſunt
de Ezechiele. Primū eſt de viſiōe dei. ſ.
Vidi coniūctos ⁊c̄. In laudibus v̄o ha/
betur de miniſterio p̄dicatōis eorū. Dile=
cti deo ⁊ hominibus ⁊c̄. Ecci. xlv. c. Introi
tus miſſe pprie eſt. Os iuſti meditabiē ſa
pientiā. Tamen iohānes euangeliſta ha=
bet introitū pp̄ium ppter p̄uilegiū amorꝭ
⁊ dignitatis. vicʒ. In medio eccleſie ape=
ruit os ei⁹ ⁊c̄. q₂ ip̄e nō tm̄ fuit euāgeliſta
ſed etiam ppheta. quod patet in p̄cipio
libri Apocal'. vbi diciē. Btūs q̄ legit et q̄
audit v̄ba pphetie huius ⁊ ſeruat ea que
in ea ſcripta ſunt ⁊c̄. Notandū tamen eſt
q₃ iſte introitus ppter p̄uilegiū p̄dicatio=
nis ſecundario competit auguſtino. Gre=
gorio ⁊ alijs expoſitoribus. Epiſtola in q̄
buſdā eccleſijs eſt de figura q̄tuor anima=
lium. Ecce ego Johannes vidi hoſtium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apertum. Apoc. iiij. c. Alie eccl'e dicũt illã
Ezechielis. j. ca. Similitudo vultus ⁊c̃.
Rñſorium eſt Btũs vir q̃ timet dñm ⁊c̃.
Verſus eſt. Potẽs in t̃ra erit ſemẽ eiꝰ ⁊c̃.
qđ intelligit̃ de ſemine ỽbi dei ⁊ bonoꝝ
opeꝝ. Sequit̃. Generatio rectoꝝ bñdice-
tur. qꝛ euãgeliſte generãt filios dei q̃ bene
dicunt̃. All'a in q̃buſdam eccl'ijs eſt. Pri/
mus ad ſyon dicet. ecce aſſuꝫ. ⁊ ierl'm euã
geliſtã dabo. Eſa. xlj. c. In alijs ỽo eccle-
ſijs dꝛ all'a. Btũs vir. Euãgeliũ eſt. Deſi
gnauit dñs ⁊ alios ſeptuagitaduos diſci
pulos. Lu. x. c. ⁊ ſequit̃. Et dicebat illis.
Meſſis q̃dẽ m'lta oparij ỽo pauci. Offer
toriũ eſt. Poſuiſti dñe ſup ca. Poſtcõio
eſt. Mag eſt gl'a eius in ſalutari ⁊c̃.

De martyribus.

Artyr grece di
citur teſtis latine. Martyres
eñ teſtes ſunt ꝙ xp̃s paſſus eſt
ꝓ oibꝰ. ⁊ ipi ꝓ xp̃o. Sane ſolus. b. laurẽ-
tius inter martyres vigiliã hꝫ ⁊ octauam
ꝓut ſub feſto eius dictũ eſt. Omẽs etiam
martyres ſingulares hñt cõia officia exce
ptis ſtephano. laurẽtio. Johe bap. ⁊ alijs
q̃buſdam. Et ẽ introitꝰ ad miſſam. Gl'a ⁊
honore coronaſti eũ dñe. vel Sapiaꝫ ſan-
ctoꝝ. Ecci. xliiij. c. vel Judicabũt ſancti.
Sapie. iij. c. vel Sacerdotes dei. Dañ. iij
vel Letabit̃ iuſtus. Hi t̃n in paſchali tp̃e
habent aliud officiũ. eo ꝙ in illo tp̃e opor
tet ꝙ frequent̃ repetat̃ all'a ꝓpter gaudiũ
reſurrectiõis. Et tunc eſt introitꝰ. Prote-
xiſti me deꝰ a cõuẽtu malignãtiũ ⁊c̃. Et qꝛ
corona debet̃ eis tanq̃ꝫ victoribꝰ. ĩõ ſepe
fit mentio de corona. Vñ ſtephanꝰ interp̃
tatur coronatꝰ. Ep'la ỽo qñq̃ꝫ dicit̃ ꝓ vno
martyre. Juſtus coꝛ ſuũ. Ecci. xxxix. qñ-
q̃ꝫ illa. Btũs hõ q̃ inuenit ſapiam. puer.
iij. c. q̃ñq̃ꝫ. Juſtoꝝ aime. Sap̃. iij. c. qñq̃ꝫ
illa Juſtꝰ ſi morte p̃occupatꝰ fuerit. que ẽ
ibidem. iiij. c. qñq̃ꝫ illa. Btũs vir q̃ in ſapi
entia. Ecci. xiiij. c. et. xv. qñq̃ꝫ illa. Bene
dictus deus ⁊ pat̃. ad Chori. j. c. qñq̃ꝫ illa
Memoꝛ eſto. ij. ad Thimo. ij. c. qñq̃ꝫ illa
Nemo militãs. q̃ eſt ibidẽ. qñq̃ꝫ illa. Bea
tus vir q̃ inuentꝰ eſt. Ecci. xxxj. c. qñq̃ꝫ il-
la. Bñdictio dñi ſup caput. puer. xv. ca.
qñq̃ꝫ Stabũt iuſti. Sap̃. v. c. Euangeliuꝫ
ỽo dicit̃ qñq̃ꝫ. Si quis vult poſt me veni
re. Mat. xvj. c. qñq̃ꝫ illud. Si q̃s vēit ad
me. Lu. xiiij. c. qñq̃ꝫ illud. Niſi granũ Jo
hannis. xij. c. qñq̃ꝫ illud. Nolite arbitrari
Mat. x. c. qñq̃ꝫ illud. Nihil optum. qđ ẽ
ibidem. qñq̃ꝫ illud. Si quis vēit ad me et
non odit. Lu. xiiij. c. Pro pluribꝰ ỽo mar
tyribus dicit̃ qñq̃ꝫ ep'la. Lingua ſapiẽtiũ
Prou. xv. c. qñq̃ꝫ illa. Bñdictus deus et
pater domi noſtri ih̃u xp̃i. j. Pe. j. c. qñq̃ꝫ
Juſtoꝝ aime. Sap̃. iij. c. qñq̃ꝫ. Rememo
ramini p̃ſtinos dies. Heb. x. c. qñq̃ꝫ. San
cti ꝑ fidem. Heb. xj. c. qñq̃ꝫ. Expectatõ iu
ſtorum leticia. Prouer. xj. c. qñq̃ꝫ. Hi ſũt
viri. Ecci. xliiij. ca. qñq̃ꝫ. Abſterget deus.
Apocal'. vij. c. qñq̃ꝫ. Reddet deꝰ mercedẽ
Sap̃. x. c. qñq̃ꝫ. Juſti aũt impꝑetuum vi
uent. Sap̃. v. c. qñq̃ꝫ. Quis nos ſepabit
a charitate xp̃i. ad Ro. viij. c. Alleluia ẽ.
Hi ſunt due oliue. Apocal'. xj. c. Euange-
lium ỽo qñq̃ꝫ dicit̃. Cũ audieritis prelia.
Lu. xxi. qñq̃ꝫ. Deſcendens ih̃s de monte
Luce. vj. ca. qñq̃ꝫ. Videns ieſus turbas.
Matth. v. qñq̃ꝫ. Egrediente ih̃u de tem
plo. Mat. xxiiij. ca. qñq̃ꝫ Attendite a fer
mento phariſeoꝝ. Lu. xij. ca. qñq̃ꝫ illud.
Sedente ieſu ſup montem oliueti. Mat.
xxiiij. c. quandoq̃ꝫ illud. Ve vobis q̃ edifi
catis. Lu. xij. ca. qñq̃ꝫ illud. Qui vos au-
dit. Lu. x. quandoq̃ꝫ illud. Cõfitebor tibi
pater. Mat. xj. c. Dicit̃ poſtcõio Amen
dico vobis quod vni. Mat. xxv. c. qñq̃ꝫ
Et ſi coram hominibus. Sap̃. iij. c. quando
q̃ꝫ. Quicũq̃ꝫ fecerit. Matth. xij. ca. qñq̃ꝫ
Dico autem vob. Matth. x. c. quãdoq̃ꝫ.
Signa aũt. Marci. vlti. c. ⁊ qñq̃ꝫ. Mlti
tudo. Lu. vj. In nocturnali ỽo officio
p̃mum rñſorium eſt. Iſte ſanctꝰ ꝓ lege dei
ſui certauit vſq̃ꝫ ad mortẽ ⁊c̃. ⁊ eſt q̃nti to
ni. qꝛ petulantia q̃nq̃ꝫ ſenſuuꝫ fuit macta
ta in eis. In tempe ỽo paſcali p̃mũ reſpõ
ſorium eſt. Beatus vir q̃ metuit dominũ
⁊ eſt octaui toni. ꝓpter octauaꝫ que ſigni
ficat gl'am reſurrectionis. Quia ỽo ſancti
martyres in tolerandis tormẽtis ſe habu-
erunt ↄſtant̃. ⁊ conſtantia a ſolo deo eſt.
ideo illud reſponſoriũ. O venerãda mar-
tyrum ⁊c̃. cantat̃ ꝓ eis. ⁊ eſt q̃nti toni. q̃a
martyres q̃nq̃ꝫ ſenſus deo immolauerũt.
De martyribus etiã cantat̃ illud rñſoriũ.
Fulgebũt iuſti ⁊ tanq̃ꝫ ſcintille in arũ. diſ
cur. iudica. natio. ⁊ regna. in eternum ⁊c̃.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sap. iii. c. Juſti fulgebūt in futuro diuiſiſ
btitudinibꝰ. p̄ri⁹ tñ hoc ſeculo diſcurrēt. i.
per diuerſas mundi ptes curſitando diui
na v̄ba alijs annunciabunt. ꝛ hoc faciunt
more ſcintillarū diſcurrentiū p arundine-
tum. Sic em̄ ſcintille ſeu fauille ignis arū
dinetum. i. materiā fragilem arundinū at
terunt ꝛ anihilant. ſic ꝛ ſancti ſua p̄dicati
one ignita. i. diuio igne accenſa vitia q̄ re-
ſpectu fortiū v̄tutū fragilia ſunt deſtruēt
iudicabunt. i. damnabunt nationes. id ē.
illos qui in peccatis ſuis pmanſerūt. ꝛ re-
gnabūt in eternū. id ē. in eternitate cū deo
recipient imortalitatē ꝛ impaſſibilitatem
ceteraſq̄ʒ v̄tutes. Rurſus in his verb̄ ex
primiť ſtola carnis quā ſancti recipient q̄
cōſiſtit in quatuoꝛ ſcʒ in claritate. ſubtili-
tate. agilitate ꝛ impaſſibilitate. Nam ful/
gebunt clari ꝛ tanq̄ʒ ſcintille ſubtiles in a-
rundineto diſcurrēt agiles. ꝛ regnabit do
minus eorū inppetuum. ꝛ ipſi cum domi
no impaſſibiles. Nā abſterget deus oēm
lachrymā ab oculis ſanctorū ꝛc̄. imo exul
tabunt in gloria ꝛ le. in cubi. ſuis. quod ad
ſtolā ſpūs referť quā etiā recipiunt ſancti
Et nota arundinetū eſt locus in quo ſunt
multe arundines ſice canne ſicut in palu/
dibus. Flante aūt auſtro ex aſſidua cōfri
catione arundinū ignis accendiť. ſcintil/
le vndiq̄ʒ aduolant. ꝛ accendiť arundine-
tum. quod allegorice contingit in ſanctis.
¶ De martyribꝰ etiam cantať. Circūierť
in melotis. q. d. in pera. Melota te. ē ve-
ſtis facta de pil̉ cuiuſdā animalis. qđ me-
lota vocať ſiue taxus. eſt em̄ habitus ne-
ceſſarius ad exercitia opis Per horas eti
am diciť capitulū illud. Beatus vir q̄ ſuf
fert. Jaco. j. c. ꝛ illud. Beatus vir qui in-
uentus eſt ſine. Eccl̉. xxxj. c. ꝛ illud. Bea
tus vir qui in ſapientia morabitur. Eccl̉.
xiiij. ꝛ illud. Juſtorū anime. Sapien̄. v. c.
ꝛ illud. Juſti aūt. ibidem. ꝛ illud. Sancti
p fidem. Heb. xj. c. ꝛ illud. Potuit ei trāſ-
gredi ꝛ nō eſt trāſgreſſus. Eccl̉. xxxj. ca. ꝛ
illud. Corona aurea ſup caput eiuſ. Eccl̉.
xlv. ꝛ illud. Stolam iocunditatis induit.
ibidem. Ibi tñ diciť. Stola glorie. ꝛ illud
Sancti ludibria ꝛ verbera. Heb. xj. c. ꝛ il
lud. Tanq̄ʒ aurū in fornace. Sapien̄. iij. c.
ꝛ illud. Hi ſunt qui venerunt de tribula-
tione. Apoc̄. vij. c. ꝛ illud. Nō eſurient ne

q̄ʒ ſitient. ibidē. ꝛ illud. Juſti tulerūt ſpo-
lia impiorū. Sapiē. x. c. ꝛ illud. In bonis
iuſtorū exaltabiť ciuitas. Prouerb. xj. c.
¶ Illud etiā ſciēdū ē q̄ eccl̉ia celebrat fe-
ſtum q̄rundā martyrū veteri̅ teſta. put di
ctum ē de feſto machabeorū.

¶ De confeſſoribus.

Confeſſores di

cunť laudatores. licet autem tā
martyres q̄ʒ v̄gines q̄ʒ etiā oēs
ſancti veri ſint xp̄i ꝯfeſſores. martyres tñ
qꝛ in iraſcibili vincunt trāſcendunt. ꝛ ſup
lucranť ſpeciale vocabulū martyrū. ꝛ v̄-
gines. qꝛ vincūt in cōcupiſcibili nomen v̄
ginū. ꝛ doctores qꝛ alios ſupant in rōnali
doctorū. Et hinc ē q̄ martyres ꝛ v̄gines
ꝛ doctores aureola decorabūť. Sane cō-
feſſores diſtinguunť in ep̄os ꝛ in p̄ſbyte-
ros. De ep̄is diciť introitus. Statuit Ec
cle. xlv. c. ꝛ ep̄l̉a. Ecce ſacerdos magnus
Eccl̉. xliiij. c. Ipſi em̄ ſunt magni ſacerdo
tes. Et illđ de epiſcopis diciť. Inueni da
uid ſeruū meū. oleo ſcō meo vnxi eum. q̄a
nō tantū vncti fuerunt in baptiſmo ꝛ i cō-
firmatione ꝛ ordinatione in p̄ſbyteros. ſ
etiam in conſecratione in ep̄os. vt habe/
ant miſc̄diam ſupefluentē. Et officia illa
que incipiunt ſacerdotes ꝑprie cōpetunt
epiſcopis. Cetera ſūt cōmunia ꝛ plura ſūt
reſponſoria octaui toni. quia affixerunt ꝛ
crucifixerunt carnē ſuā cū vitijs ꝛ cōcupi
ſcentijs ꝑpter octauā reſurrectiōis. Rur
ſus de confeſſoribus diciť q̄ñq̄ʒ epiſtola.
Dilectus deo. Eccl̉. xlv. c. q̄ñq̄ʒ. Teſtifi-
coꝛ corā deo. ad Timoth. iiij. q̄ñq̄ʒ. Plu-
res facti ſūt ſacerdotes. ad Heb. c. vij. q̄ñ
q̄ʒ. Dedit dñs cōfeſſionē. Eccl̉. xlvij. q̄ñ/
q̄ʒ. Juſtus coꝛ ſuū. que eſt Eccl̉. xxxix. c.
q̄ñq̄ʒ. Sapiētia laudabit animā. Eccl̉. xx-
iiij. c. q̄ñq̄ʒ. Juſtū deduxit dñs. Sapien̄.
